in arte ponerent. neque rursus esse totam sicut plerique facerent ac repudi-
arent. Sed existimo inquit gratum te his crasse facturum: si ita expo-
sueris que putas ad dicendum plusquam ipsam artem prodesse posse. dicam
equidem quam iustitiam petamque a uobis inquit ne has meas ineptias esse
ratis: quamquam moderabor ipse. nec ut quidam magister atque artifex: sed ut
quasi unus ex tortatorum numero atque ex forensi usu: homo mediocri-
s neque omnino iudicis uidear non ipse a me aliquid promississe: sed fortuito in ser-
monem incidisse. Equidem cum peterem magistrum solebam impensando.
Differre a me seuolam: cum ita ei dicerem me uelle esse ineptum: id erat
petere blandus: quod nisi inepte fieret: bene non posset fieri. hunc autem
esse uim uellem quem quidem nunc ineptiarum mearum testem

et spectatorem fortuna constituit. Nam quid est ineptus: quod de dicendo dicere: cum ipse dicere nunquam sit ineptum nisi cum est necessarium. Perge uero inquit crasse mutius scruola istam enim culpam quam uereris ego prestabo

ic igitur inquit crassus sentio. naturam primum ac ingenium ad dicendum uim afferre maximam. neque uero de istis de quibus paulo ante dixit anthonius scriptoribus acutus rationem dicendi et uiam sed naturam defuisse. Nam et animi et ingenii celeres quidam motus esse debent. qui et ad cogitandum acuti: et ad exemplandum ornandumque sunt uberes: et ad memoriam firmi atque duraturi. Et si quis est qui hec putat arte percipi posse quod falsum est: proclare enim se res habeat si hec accendi ac commoueri arte possunt. inferi quidem ab arte non possunt. omnia enim sunt illa dona nature. Quid de illis dicam que certe cum homine nascuntur. lingue solutio. uocis sonus. latera iures. conformatio quedam et figura totius oris et corporis. Neque enim ita dico ut arte aliqua lunare non possit. Neque enim ignoro et que bona sunt fieri meliora posse doctrina et que non optima aliquo modo acui tamen et corrigi posse. Sed sunt quidam aut ita lingua hesitantes: aut ita uoce absorti: aut ita uultu motumque corporis uasti atque agrestes: ut etiam si ingenio atque arte ualeant. tamen in oratorum numerum uenire non possunt. Sunt autem quidam in hisdem rebus abiles: ita nature munere ornati: ut non nati: sed ab aliquo deo electi esse uideantur. Maximum quoddam est onus atque munus suscipere atque profiteri se esse omnibus silentibus unum maximis de rebus magno in conuentu hominum audiendum. Adest enim fere nemo qui non acutius atque acutus uicia in dicente quam recta uideat. Ita quiquit est in quo offenditur id illa etiam que laudanda sunt obruit. Neque hec in eam sententiam disputo ut homines adulescentes: siquid naturale forte non habent. oio ad dicendi studio deterream. Quid enim non uidet quod celis equali meo magno honori fuisse hominum nouo illam ipsam quam cumque potuerit assequi in dicendo mediocritatem? Quis uero equalem meum esse uarium uastum hominem atque fedum non intelligit illa ipsa facultate quamcumque habuit magnam esse gratiam consequutum

Et quia de oratore querimus: fugendus est nobis orator nostra debet

omnibus uicis orator atq; omni laude cumulatus. Neq; enim si similitudo litium. si uarietas causarum: si hec tuerba et barbaria forensis dat locum uel uiciosissimis oratoribus: idcirco nos hoc querimus omittemus. Itaq; in his artibus in quibus non utilitas queritur necessaria sed animi libera quedam oblectatio quam diligenter et q̄ prope fastidiose iudicamus. Nulle enim lites neq; controuersie sunt que cogant homines sicut in foro non bonos oratores item in theatro actores male perpeti. Est igitur oratori diligenter prouidendum: non ut eis satisficiat quibus necesse est: sed uti hie admirabilis eē uideatur: quibus liceat libere iudicare. At si queritis plane quid sentiam: enuntiabo apud hōies familiarissimos quod adhuc semper tacui et tacere putau: michi etiam quoq; optime dicunt: quic id ne facillime atq; ornatisime facere possūt: tñ nisi timide ad dicendum accedunt. et in ordienda orōe perturbantur pene imprudentes uidentur tam et si id accidere non potest: ut enim q̄sq; optime dicat: ita maxime dicendi difficultatem uariosq; euentus orōis expectationemq; hōim pertimescat. Qui uero nichil p̄ dignum re: dignum nomine oratoris: dignum hōim auribus efficere atq; edere: is michi etiam si commouetur in dicendo: tamen imprudens uidetur. Non enim pudendo sed non faciendo id quod non decet impudentie uomen effugere debemus. Quem uero non pudet id quod in plerisq; uideo: hunc ego non reprehensione solum sed etiam pena dignum puto. Equidem et in uobis animaduertere soleo et in me ip̄o sepiissime experior: ne exalbes tam in principis dicendi: et tota mente atq; artibus omnibus contremescam. Adolescentulus uero sic incio accusationis examinatus sum: ut hoc summū beneficium. Q. maximo debuerim: q̄ continuo consiliū dimiserit. simulac me fractum ac debilitatum metu uiderit. hic omnes assensu significare inter se et colloqui ceperunt. fuit enim inuicis quidam in crasso pudor: qui tamen non obesset orōi: sed etiam probitatis commendatione prodesset.

um anthomius sepe ut dicit inquit animaduerti crasse: et te et ceteros summos oratores: quanq̄ par tibi mea sententia nē unq̄ fuit: in dicendi exordio permoueri. Cuiusquidem rei tñ causam q̄ rorem quidnam eēt: cur ut quoq; in oratore plurimum efficit maxime

is pertimesceret: has casus inueniebam duas. Vnam quae intelligerent
huius quos usus atque natura docuisset: nonnunquam summis oratoribus non
satis ex sententia euentum dicendi procedere: ita non iniuria: quociens
cumque dicerent: id quod aliquando possit accidere: ne illud ipsum accideret
timere. Altera et haec de qua quere sepe soleo de ceteris homines arcum spec-
tati et probati: si quando aliquid minus bene fecerint quam solent: aut noluisse
se: aut ualitudine impeditos non potuisse consequi id quod scirent putant.
Noluit inquit hodie agere roscius aut crudior fuit. Oratoris partem si
quod est animaduersum stulticie peccatum uidetur: stulticia autem exu-
sationem non habet. Eduare nemo uidetur: aut quia crudus fuerit: aut
quod ita maluerit stultus fuisse: quo etiam grauius iudicium in dicendo subi-
mus: quociens enim dicimus: totiens de nobis iudicatur: et qui semel in
testu peccauit: non continuo existimatur nescire gestum. Qui autem in
dicendo quid reprehensus est: aut eterna in eo aut certe diuturna ualet
opinio tarditatis. Illud uero quod a te dictum est: esse per multa quae orator
a natura nisi haberet: non multum a natura adiuuaretur: ualde tibi as-
sentior inquit: eo maxime probaui summum illum doctorem alabandensem
apollonium: qui cum mercede doceret: tamen non pariebatur eos quos
iudicabat non posse oratores euadere: operam sese perdere dimittebatque
et ad quamque artem putabat esse aptum ad eam impellere atque hortari sole-
bat. Satis est enim in ceteris artificibus percipiendis tantummodo similem
esse homine: et id quod traditur uel etiam inculcetur: si quis sit tardior:
posse percipere animo et memoria custodire. Non queritur mobilitas
linguae: non celeritas uertorum: non ea quae nobis non possumus fingere
facies: uultus: sonus. In oratore autem acumen dialecticorum: sententia
philosophorum: uerba prudentium poetarum: memoria iurisconsultorum: uerba
tragediarum: gestus pene summorum actorum est requirendus. Quam
obrem nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inueniri
potest. Quae enim singularium rerum artifices: singula si mediocriter
adorti sunt probantur: ea nisi omnia summa sunt in oratore probari
non possunt. Tunc crassus: atqui uide inquit in artificio: opera quam
tenui et leui quanto plus adhibeatur diligentiae quam in hac re qua constat
esse maximam. Sepe enim soleo audire roscium cum ita dicat: se adhuc

reperire discipulum quem quidem probaret potuisse neminem / nō
 quo non essent quidam probabiles: sed quia si aliquid modo esset uicij
 id ferre ipse non posset. Nichil est enim tam insigne: tam ad duritiam
 tatem memorie stabile: q̄ id in quo offenderis. Itaq; ut ad hanc simili
 tudinem huius histrionis oratoriam laudem dirigamus: uidetis ne q̄
 nihil ab eo nisi perfecte: nihil nisi cum summa uenustate fiat: nihil
 nisi ita ut deceat et uti omnes moueat atq; delectet. itaq; hoc iam diu
 est consecutus: ut in quo quisq; artificio excelleret: is in suo genere rostris
 diceretur. hanc ergo absolutionem perfectionemq; in oratore desideras
 a qua ipse longe absis: facio impudenter. michi enim uolo ignosci: ceteris
 ipse non ignosco. Nam qui non potest qui uiciose facit: quem demq; non
 decet hinc ut apollonius uidebat ad id quod facere possit detrudendum
 puto. Num tu igitur inquit sulphicius me aut hunc coctam uis civile
 aut rem militarem uides discernere? Nam quis ad ista summa atq; omni
 genere perfecte potest peruenire? Tamen ille uero inquit q; in uobis e
 thregiam quandam et preclaram indolem ad dicendum esse cognoui
 Idcirco hec exposui omnia. Nec magis ad eos deterrendo qui nō possēt.
 q̄ ad uos qui possētis exacuendos accommodaui orōem meam. Et q̄q;
 in utroq; uestram summū esse ingenium studiumq; perspexi: tamen
 hec que sunt in se posita: de quibus plura fortasse dixi q̄ solent uerbi
 dicere: nite sulphici diuina sunt. Ergo enim neminem nec motu corporis
 neq; ipso habitu atq; forma aptiorem: nec uoce pleniorē aut suauiorē
 michi uideo audisse: que quibus a natura inuota data sunt: tamen qui
 illud assequi possunt: ut his que hinc modice et scienter utantur: et ut ne
 dedecet. Id enim est maxime uitandum: et de hoc uno minime est fa
 cile percipere: non michi modo qui sicut paterfamilias his de rebus loq;
 sed etiam ipse illi roscio: quem sepe audio dicere caput esse artis decere.
 quod tamen unum esse quod tradi arte non possit. Sed si placet sermo
 nem alio proferamus: et nro more aliquando: non rethorice loquamur.
 Minime uero inquit cocta: nunc enim te iam exoremus necesse est.
 qm retines nos in hoc studio: nec ad aliam dimittis artem: ut nobis expli
 ces: quicquid est illud quod tu in dicendo potes: neq; enim sumus minime a
 uidi: ista tua mediocri eloquentia contenti sumus: idq; ex te querimus

ut ne plus uos assequamur: quam quantulum in dicendo assartus eo
qm̄ que a natura expetenda sunt: ea dicis non minus deesse nobis: quid
preterea assumendum esse putes. Tum crassus arridens: quid censeo
inquit cocta: nisi studium et ardorem quendam amoris sine quo tū nihil
in uita quicq̄ egregium: tum certe hoc quod tu expetis re nō unq̄ as
sequetur. Neq̄ enim uos ad eam rem uideo adhortandos quos cum
michi sitis molesti: nimis etiam flagrare intelligo cupiditatem. Sed
profecto studia nihil profunt pueniendo aliquo nisi illud quod eo quo
quo intendas ferat deducataq̄ cognouit. Quare qm̄ michi leuius quod
dam onus imponitur: neq̄ ex me de oratoris arte sed de hac mea quā
tulacimq̄ facultate queritis: exponam uobis non quandam aut per re
conditam aut ualde difficilem aut magnificam aut grauem rōnem
consuetudinis mee: qua quondam solitus sum uti: cum michi in isto
studio uersari adulescenti licebat. Tum sulphicius: o diem cocta nobis
inquit optatum: quod enim neq̄ precibus unq̄ nec insidiando nec spe
culando assequi potui: ut quid crassus ageret: aut meditandi aut dicendi
causa: non modo uideri michi: sed ex eius scriptore et leuore dixitilo suspicari
litteret: id spero nos ēē adeptos: omniaq̄ iam ex ipso que cupimus cognituros
in crassus

atq̄ arbitrator sulphici cum audieris non tam te her admiratur
que dixeris q̄ estimaturum: tū cum ea audire cupiebas causam nūc cupes
non fuisse. Nihil enim dicam reconditum: nihil expectatione uestra
dignum: nihil aut inauditum uobis aut cupiam nouum. Nam prin
cipio illud quod est homini ingenio liberaliterq̄ educato dignum: non
negabo me ista om̄i cōia et contrita precepta didicisse. Primum oratoris
officium ēē: dicere ad persuadendum accommodare: deinde esse omnem
ōrōnem aut de infinita rei questione sine designatione personarum aut
temporum: aut de re certis in personis aut temporibus locata. In utq̄
autem re: quicquid in controuersiam uenerit: in eo queri solere aut ne
factum ne sit: aut si est factum quale sit: aut etiam quo nomine uocetur
aut quod nonnulli addunt rectum ne factum ēē uideatur. Existere autē
controuersias etiam ex scripti interpretatione in quo an ambigue
quid sit scriptum aut contrarie aut ita a sententia scriptum differat

queritur. hinc autem omnibus partibus subiecta quedam de argu^{ta}
 propria. Sed consarum que sunt a cori questione seunite partim in iudi
 cis uersari partim in deliberacionibus. ee etiam genus teraum quod
 in laudandis aut uituperandis hominibus poneretur. Certosq; esse
 locos quibus in iudicio uteremur in quibus equitas queritur. Alios
 in deliberacionibus qui omnes ad utilitatem diriguntur: eor quibus con
 silium darenus. Alios item in collaudacionibus in quibus ad personar
 dignitatem omnia referrentur. Cumq; eet omne oratorio uis atq; sa
 cultas in quinq; partes distributa: ut deberet reperire primum quod
 diceret. deinde rem inuentam non solum ordine. sed etiam momento
 quodam atq; iudicio dispensare atq; componere. Tum ea demq; uestire atq;
 ornare orone. Post memoria sopire. Ad extremum agere cum dignitate
 et ueritate. etiam illa cognoram et acciperam anteq; de re diceremus
 Tunc conuincendos eorum animos qui audirent. deinde rem demonstranda
 postea controuersiam constituendam. tum id quod nos intenderemus con
 firmandum: post que contradicerentur resellenda. Extrema autem orae
 que pro nobis eent amplificanda et augenda. queq; pro aduersariis infir
 manda atq; frangenda. Audieram etiam que de orois ipius ornamenti
 traderentur in qua precipitur primum: ut pure et latine loquamur
 demum ut plane et dilucide. tum ut ornate. post ad rerum dignitatem
 apte et quasi decore singulatimq; rerum precepta cognoram. quicquid
 que maxime propria eent nature: tamen in hinc nro artem adhiberi
 uideram. Nam de actione et de memoria quedam breuia sed magna cu
 exercitacione precepta gustaram. In hinc enim fere rebus omnis istoz
 artificum doctrina uersatur. quam ego si nichil dicam adiuuare. menciar.
 habet enim quedam quasi ad conuincendum oratorem quo quicquid
 referat et quo intuenes ab eo quodcumq; sibi proposuerat minus haberet.
 Verum hanc ego uim intelligo ee in preceptis omnibus non ut ea sicut
 oratores eloquentie laudem sunt adepti: sed que sua sponte homines elo
 quentes facerent: ea quosdam obseruasse atq; id egisse. Sic esse non elo
 quentiam ex artificio: sed artificium ex eloquentia natum. quod tamen
 ut ante dixi non erit. est enim et si minus necessarium ad bene dicendu.
 tamen ad cognoscendum non illiberale. Ea exercitacio quedam nobis

suscipienda est. quamquam uos pridem iam estis in cursu. sed his qui in-
 greduntur ad studium: quique ea que agenda sunt in foro: tanquam
 acie possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra perdiscere ac
 meditari. Hanc ipsam inquit Sulpicius nosse uolumus. attamen ista
 que abste breuiter de arte decursa sunt audire cupimus. quamquam sunt
 nobis quoque mandata. uerum illa nunc de ipsa exercitatione quid
 sentias querimus. Equidem probo ista Crassus inquit que uos facere
 soletis. ut causa aliqua posita consimili earum causarum que in foro
 deferuntur dicatis quam maxime ad ueritatem accommodate. Sed plerique
 in hoc uocem modo neque eam scienter et uires exercent suas. et lingue
 celeritatem uicant. uerborumque frequentia delectantur. In quo fallit
 eos quod audierunt dicendo homines ut dicant effici solere. Uere enim illud
 dicitur: peruerse dicere homines. peruerse dicendo facillime consequi.
 Quamobrem in istis ipsis certaminibus: et si utile est etiam subito sepe
 dicere. tamen illud utilius sumpto spatio ad cogitandum paratus atque
 accurate dicere. caput autem est. quod ut uere dicam. minime faciam.
 Est enim maximus laboris quem plerique fugimus quam plurimum scribere
 stilus optimus et prestantissimus dicendi effector atque magister. neque
 inuria. Nam si subitam et fortunatam orationem commentatio et cogitatio
 facile uincit. hanc ipsam profecto assidua et diligens scriptura superabit.
 Omnes enim siue artis sunt loci siue ingenij cuiusdam atque prudentie
 qui modo insunt in ea re de qua scribimus: inquirentibusque nobis: atque
 acie ingenij contemplantibus offendunt se et occurrunt. omnesque sen-
 tentie uerbaque omnia que sunt cuiusque generis maximeque illustrata sub
 acuminis stili subeant necesse est. Eius ipsa collocatio confirmatioque uer-
 borum perficitur in scribendo. non poetico. sed quodam oratorio numero
 et modo. hec sunt que clamores et admirationes in bonis oratoribus ef-
 ficunt. Neque ea quisquam nisi qui diu multumque scripserit. etiam si uehe-
 mentissime in his subitis dictionibus exerceat consequetur. Et quia
 scribendi consuetudine ad dicendum uenit. hanc affert facultatem: ut
 etiam subito si dicat. tamen illa que dicantur similia scriptorum esse uideat.
 Atque etiam si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid. cum ab eo
 discesserit reliqua similia orationis consequetur. Ut concitato nauigio cum

remiges inhibuerunt: retinet tamen ipsa nauis motum et cursum suum
 intermisso impetu pulsusque remorum. Sic motione perpetua cum scripta
 deficiunt: parem tamen retinet oratio reliqua cursum: scriptorum simili
 tudine et uel concitata. In cotidianis autem exercitationibus equidem mi
 chi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem: maxime
 qua Graecorum nostrum illum inimicum solitum esse uti solebam: ut
 aut uersibus propositis quae maxime grauis aut oratione aliqua lecta
 ad eum finem quem memoria possem comprehendere eam rem ipsam
 quam legissem uerbis alio quam maxime possem lectis pronuntiare. Sed
 post animaduerti hoc esse in hoc uicium quod ea uerba quae maxime cuius rei
 propriae quaeque essent ornatissima atque optima occupasset: aut enim si
 ad eius uersus me exercebam: aut graues: si orationem eius michi forte
 posuissem: ita si hisdem uerbis uterer nichil prodesse: si alio etiam obesse
 tum minus idoneo uti consueferem. Postea michi placuit eo quod sum u
 suo adolescens ut summorum oratorum Graecae orationes explicarem: quibus
 lectis: hoc assequerem: ut cum ea quae legeram Graece Latine redderem: non
 solum uerbis optimis uterer: et tamen usitatis: sed etiam exprimerem quae
 dam uerba imitando quae noua nobis essent dum modo essent idonea. Tam
 uocis et spiritus et loci corporis et ipsius linguae motus et exercitatio
 non tam arduis indigent quam laboris. Quibus in rebus habenda est ratio
 diligenter quos imitemur: quorum similes uelimus esse. Imitandi
 nobis sunt non solum oratores: sed etiam actores: ne mala consuetudine
 ad aliquam deformitatem prauitatemque remanemus. Exerenda est etiam
 memoria ediscendis ad uerbum quam plurimum et nostris scriptis et aliorum
 Itaque in ea exercitatione non sane michi displicet adhibere si consueueris
 etiam istam locorum simulachrorum quoque rationem quae in arte traditur
 Et ducenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili
 modum in agmen: in puluerem: in clamorem: in castra: atque in aciem
 forensis. Subeundus est usus omnium et perreclitanda uires ingenii et illa con
 mentatio inclusa in ueritatis lucem proferenda est: legendi etiam poete
 cognoscende historiae: omnium bonarum artium doctores atque scriptores legendi
 atque peruoluendi et exercitatione causa laudandi interpretandi: corri
 gendi: vituperandi: disputandumque de omni re in contrariae partes et

quicquid erit in quaque re quod probabile uideri possit eliciendum atque
 perdiscendum uis ciuile cognoscende leges. percipienda omnis antiquitas
 senatoria consuetudo. disciplina rei publice iura sociorum federa pacti
 ones causa imperii cognoscenda est. libandus est etiam ex omni genere
 urbanitatis faceriarum quidam lepos. quo tanquam sale perspergatur
 omnis oratio. Effudi uobis omnia que sentiebam que fortasse si quemquam
 patrem familias arripissetis ex aliquo circulo eadem uobis percunctantibus
 respondisset

et cum crassus dixisset silentium est subsecutum. sed quamquam
 satis his qui aderant ad id quod erat propositum dictum uidebatur.
 tamen sentiebant celerius esse multo quam ipsi uellent ab eo peroratum.
 Cum scruola quid est inquit cocta quod tacetis? Nichil ne uobis in mentem uenit quod preterea a crasso requiratis. id mehercule
 ipsum attendo. tantus enim uerborum cursus fuit et sic euolauit oratio
 ut eius uim et necessitatem aspererim uestigia ingressumque uix uideri
 et tanquam in aliquam locupletem et refertam domum uenerim. non
 explicata ueste. neque propositis argento. nec tabulis aut sitinis propala
 collatis. Sed his omnibus multis magnificisque rebus constructio atque
 reconditio. sic modo in oratione ipsius crassi diuicias atque ornamenta eius
 ingenium per quedam inuolucra atque integumenta perspexi. Sed ea cum
 contemplari cuperem. uix aspiciendi potestas fuit. Itaque nec hoc possum di
 cere me omnino ignorare quid possideat. neque plane nosse atque uidisse.
 Quum tu inquit facis idem inquit scruola quod faceres. si in aliquam
 domum plenam ullam uenisses. si ea seposita essent ut dicas. tu qui ualde
 spectandi cupidus es. non dubitares rogare dominum ut proferri
 iuberet. et presertim si es familiaris. Similiter nunc petis a crasso
 ut illam copiam argumentorum suorum. quam constructam uno in
 loco quasi per transenam pretereuntes strictim asperimus quamquam in luce
 proferat. et suo quicquam in loco colloret. Ego uero inquit cocta a te peto
 scruola. me enim et hunc sulphurium impedit pudor. ab homine omnium tra
 iustissimo qui genere hominum disputationis semper contempsit. hec que isti
 forsitan puerorum elementa uideantur exquirere. Sed tu hanc nobis
 ueniam da scruola et perfac ut crassus hec que coartauit et peranguste

referit: id in oratione sua dilatat nobis atq; explicet. Ego me her
 de inquit mutius ante magis her causa uolebam q̄ mea. Neq; em̄
 tantopere hanc a crasso disputationem desiderabam. quanto per
 eius in causis oratione delector. Nunc uero crasse mea quoq; etiam
 causa rogo. ut qm̄ tantum habemus ocy quantum iam diu nobis
 non contigit. ne graueris expedificare id opus quod instituit. for
 mam enim totius negotij opinione meliorem maioremq; uideo. qua
 uehementer probo. Ego uero inquit crassus admirari satis non q̄
 etiam te her scruola desiderare. que ego neq; teneo. ut hi qui docent
 nec sunt eius generis: ut si optime tenerem. digna essent ista sapia
 ac tuis auribus. An tu inquit ille si de istis commibus et peruariatis
 uis huius etati audiendum putas eam ne illa negligere possimus que
 tu oratori cognoscenda esse dixisti. de naturis hominu. de moribus
 de rationibus his quibus hominum mentes mutarentur et reprimē
 rentur. de historia. de antiquitate de administratione rei p. deniq;
 de iure ciuili. hanc enim omnem scienciam et copiam rerum in
 tua prudentia sciebam messe. in oratoris uero instrumento tam lauta
 suppellectilem numq; uideram

36

otes igitur inquit crassus ut alia omittam innumerabilia et
 inuersa et ut ad ipm̄ uis ciuile ueniam oratores putare eos
 quos multas horas expectau. cum in campum properarem. et rideo
 et stomachano scruola: cum ipseus maxima uoce plurimis uerbis a. m.
 crasso contenderet. ut ei quem defendebat a causa cadere liceret. igneus
 autem octauus homo consularis non minus longa oratione recusaret
 ne aduersarius causa caderet. ac ne is proquo ipse diceret tur pitule a
 iudicio atq; omni molestia sulticia aduersarij liberaretur. Ego uero
 istos inquit non puto. Memini enim mihi narare mutium. non modo
 oratoris nomine. sed ne fore dignos uis putarem. Atqui non defuit illis
 patroms inquit crassus eloquentia. nec dicendi ratio. aut copia. sed iuris
 ciuilis sciencia. quod alter plus lege agendo petebat q̄ quantum lex
 in p̄n tabulis permisit. quod cum impetrasset causa caderet. Alter
 inquitum putabat plus secum atq; q̄ quod erat in actione. neq; intel
 lugebat si ita esset actum. licet aduersarium perditurum. Quid i his

37

paucis diebus. Nomen nobis in tribumali Q. Pompeii pretorio be-
lam familiaris nostri sedentibus: homo ex numero discretorum pos-
tulabat. ut illi unde peteretur. uetus atq; usitata exceptio daretur:
cuius pecunie dies fuisset. quod petitoris causa comparatum esse non
intelligebat. ut si ille inficiator probasset uidiante petitam esse pecu-
niam q̄ eēt cepta deberi. petitor rursus cum peteret. ne exceptione
excluderetur. q̄ ea res ante in iudicium non uenisset. Quid ergo hoc
fieri turpius potest? q̄ eum qui hanc personam suscepit ut amicorū
controuersas causasq; tueatur. laborantibus succurrat. egriis medeatur
afflictos exaltet. hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi. ut alijs
miserantibus. alijs irridendus esse uideatur. Equidem propinquū nr̄m
P. Crassum illum diuitem et multis alijs rebus elegantem hominem et
ornatum. precipue in hoc ferendum et laudandum puto. q̄ cum sciuole
frater eēt. solitus est ei per sepe dicere neq; illum in iure ciuili satis illi
arti facere posse. nisi dicendi copiam assumpsisset. Quod quidem hic qui
consul mecum fuit filius meus ē consecutus. Nec se ante cās amicorum
tractare atq; agere cepisse q̄ uis ciuile didicisset. Quid uero et ille in-
cato nonne et eloquentia tanta fuit quanta illa tempora atq; illa etas
in hac ciuitate ferre maxime potuit. et uiris ciuilibus om̄i peritissimus be-
recundus hac de re iamdidum loquor. q̄ adest iur in dicendo summus
quem ego unum oratorem maxime admittor. sed tamen idem semper
uis ciuile contempsit. Verum qm̄ sine atq; opinione mee uoluptas esse par-
ticipes. nichil occultabo. et quod poterō uobis exponam quid de quacq; re
sentiam. Anthomy incredibilis quedam et prope singularis et diuina ue-
ritatem uidetur etiam si hac scientia iure nudata sit. posse facile ceteris
armis prudentie tueri atq; defendere. Quamobrem hic nobis sit exceptus
Ceteros uero non dubitabo primum meritis condemnare sententia mea
post etiam inprudētia Nam uolitare in foro. herere in iure ac pretorū
tribunalibus. iudicia primata magnarum rerum obire. in quibus sepe
non de facto sed de equitate aut iure certatur. iactare se in causis centu-
iuribus. in quibus usucapionum. tutelarum. gentilitatum. agnationū
alluionum. circaluuionum. uxorū. mancipiorum. parietum. fluminū
stultitiorum testamentorum. raptorum. aut raptorū cetāz. inuābilium.

iura uerferentur. Cum oīo quid suum quid alienum queritur. Deniqz
 cuius an peregrinus. seruus an liber quisqz sit ignoret insignis est
 impudentie illa uero deridenda arrogancia est in minoribus nauigio
 rudem eē se confiteri quinqueennis aut maiores gubernare didicisse. Cū
 michi cum in circulo decipiare aduersam stipulacunculā tradere. et cū
 obsequia tabellas clientis tui quibus in tabellis id sit scriptum quo ille ca
 piatur. ego tibi ullam causam maiorem committendum putem. Cicus
 hercle is qui duorum scalmorum nauiculam in portu euertit. in eugno
 ponto argonautarum nauem gubernauit. Quid si non parue quidem
 cause sed sepe maxime in quibus certatur de iure civili. Quod autem os
 est cuius patroni qui ad eas causas sine ulla scientia iuris audeat accedere
 Que potuit ergo eē causa maior q̄ illius militis de cuius morte cum do
 num falsus nuncius ab operatu nunciis uenisset. et pater eius de re cre
 dita testamentum mutasset. et quem ei iussum eēt fecisset heredem. eētqz
 ip̄e mortuus. res delata est ad centumuiros. Cum miles domū reuenisset
 egressetqz lege in paternam hereditatem testamento exheres filius. nempe
 in ea causa quesitum est de iure civili. posset ne paternorum bonorum ex
 heres eē filius. quem pater testamento neqz heredem neqz exheredem
 scripsisset nominatum. Quidquaqz de re inter marcellos et claudios patri
 cios centumuir iudicauerunt. qm̄ cum marcelli a liberti filio stirpe claudij
 patrum eiusdem hominis hereditatem ad se redisse dicerent. Nonne in ea
 causa fuit oratoribus de toto stirpe et gentilitatis iure dicendum. Quid
 q̄ idem in centumuirali iudicio eē accepimus. qui romam in exiliū uenisset
 cui romam exilarius eēt. si se ad aliquem quasi patronum applicasset
 intestatoqz eēt mortuus. nonne in ea causa applicationis ius. obscurum sane
 et ignotum patefactum in iudicio atqz illustratum est a patrono. Quid mi
 per cum ego q. serij acrimie contra hunc nostrum anthonium iudicio
 priuato causam defenderem. nonne omnis nostra uersata in iure defen
 sio est. Cū enim cum marianus grandianus edes auratus uendidisset. ne
 qz seruire quandam eorum edum partem in mancipij lege dixisset. de
 fendebamus quicquid fuisset incommodi in mancipio. id si uenditor fuisset
 neqz declarasset prestare debere. Quoquidem in genere familiarum n̄
 M. bucolius homo neqz medi iudicio stultus. et suo ualde sapiens. et ab iuris
 studio

39.

non abhorrens simili in re quodammodoque nuper errauit. Nam
cum edes l. fusio uenderet in mancipio ut luminaria tum esset ita recepit
fusius simul atque edificari ceptum est in quadam parte urbis que nō
ex illis edibus conspici possit: egit statim cum bucculis q̄ cruciumq̄ celi
partiale officeret quous esset procul: mutata luminaria putabat. Quod
uero clarissima M. curii causa: in q̄ cepit nuper apud centumuiros
quo concursu hominum: qua expectatione defensa est. Eum quintus
sienola equalis et collega meus: homo om̄i et disciplina uirio civilis eru
ditissimus et ingenio prudentiaq̄ acutissimus et or̄e maxime limatq̄
atq̄ subtilis: atq̄ ut ego soles dicere uiripertorum eloquentissimus: elo
quentium uiripertissimus: ex scripto testamentorum iura defenderet.
negaretq̄ nisi posthumus et natus: et anteq̄ in suam tutelam ueniret
mortuus esset: heredem eum non esse posse qui eēt secundum posthumum
et natum et mortuum heres institutus. Ego licet defenderem eum
hac mente fuisse qui testamentum fecisset ut si filius non esset qui in tu
telam ueniret M. curius esset heres: non destitit uterq̄ nrm̄ in ea causa
in auctoritatibus: in exemplis: in testamentorum formulis hoc est in me
dio iurium uersari. Om̄ito iam plura exempla causarum amplissimā
que sunt innumerabilia capite nostri. Sepe potest accidere ut cause uer
sentur in iure. Et tunc sic q̄ mantinum nobilissimum atq̄ optimū uirum
atq̄ consularem cum propter inuidiam numantini federis pater: patraq̄
ex senatus consulto numantinus dedisset: eumq̄ illi non recepissent: post
eaq̄ mantinus domum reuenisset: neq̄ in senatum introire dubitasset
publius rutilus M. filius: tribunus plebis iussit de senatu educi: q̄ eū
ciuem negaret eē: quia memoria sic eēt proditum: quem pater suus aut
populus uendidisset: aut pater patriatus dedisset: et nullum eē postlimi
nium. Quam possumus repetere ex omnibus rebus civilibus causam
contentionemq̄ maioremq̄ q̄ de ordinanda ciuitate: de libertate: de ca
pite hominis consularis: presertim cum hec non in crimine aliquo qd̄
ille possit infirmari: sed in ciuile iure consistere. Similq̄ in genere
in inferioriq̄ ordine: si quis apud nos seruisset ex populo federato seseq̄
liberasset: et postea domum reuenisset: questum est apud maiores nros.
non hie ad suam postliminio redisset: aut amisset hanc ciuitatem. Quod

de libertate quo iudicium nullum irauis ee potest. nonne ex iure
 cuius potest ee contencio. cum quereatur is qui domini uoluntate census
 sit: si non sit conditum iustitiam: sit ne liber. Quid quod usi memoria
 patrum uenit ut pater familias qui ex hispania romam uenisset. cum b
 yorem pregnantem in provincia reliquisset. romam alteram duxisset
 neq; nuncium priori remisisset: mortuusq; est intestatus. et ex utraq;
 filius natus eet: mediocre ne res in contencionem adducta sit. Cum que
 reteretur de duobus cuius capitibus et de puero qui ex posteriore natus
 erit et de eius matre: que si iudicaretur uerbis certis quibusdam uerbis
 non nouis imperis fieri cum superiore diuortium in concubine locum du
 ceretur. hec igitur et horum similia uera sue ciuitatis ignorantem eue
 tum et excelsum alari et prompto ore atq; uultu huc atq; illuc intuentem
 vagari cum magna caterua totosq; presidium clientibus atq; opem amio
 et prope ciuitate cubus lucem ingentem et consilij sui porrigentem atq; ten
 dentem: nonne in primo flagitiosum putandum est?

et quantum de impudentia dixi. Castigemus etia sequacem ho
 minum atq; meretricem. Nam si eet ista cognitio iure magna atq;
 difficilis: tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum
 laborem impellere. Sed o di immortales non dicerem hoc audiente scudla
 nisi ipe dicere soleret: nullius arte faciliorem sibi cognicionem uideri. qd
 quidem certis de causis a plerisq; aliter nominatur. Primumq; ueteres
 illi qui huic scientie presuerunt. obtinende atq; augende. potencie sue ca
 peruulgari artem suam noluerunt. Deinde postea est editum expositio a
 q; flauio primum actionibus. nulli fuerunt qui illa artificiose digesta
 componerent et generata. Nichil est enim q ad artem redigi possit. nisi
 prius is qui illa tenet quorum artem instituerit uult habet illam sciam
 ut ex his rebus quarum arte nondum sit artem efficere possit. hoc uideo du
 breuiter uoluerim dicere: dictum ee a me paulo obscurius. sed experiat
 et dicam si potero planius. Omnia fere que sunt conclusa nunc artibus
 dispersa et dissipata quondam fuerunt. ut in musicis: numeri et uo
 ces et modi. In geometria: et lunamenta: forme: interualla: magnitu
 dines: in astrologia: celi conuersio: ortus obitus motusq; siderum. In
 grammatice: poetarum pertractatio: historiarum cognitio: illorum

41. 42

interpretatio pronuntiandi quidam sonus. In hac demum ipa rone
dicendi. excogitare. ornare. disponere. meminisse. atq; uerba quod
dam omnibus et diffusa late uidebantur. Adhibita est igitur ars ex
crimsecus ex alio genere quodam. quod sibi totum philosophi assunuit
que rem dissolutam diffusamq; conglutinet et ratione quadam
constringeret. Sic ergo in iure civili finis hic legitime atq; usitate
in rebus causisq; ciuium equalitatis conseruatio. Tamen sunt notanda
genera et ad certum numerum paucitatemq; reuocanda. Genus autem
id est. quod sui similis conione quadam. specie autem differens. duas aut
plures complectitur partes. Partes autem sunt que generibus his ex
quibus manant subiciuntur. omnia queq; sunt uel generum uel partium
nomina diffinitionibus quam uim habeant est exprimendum. Est em
diffinitio rerum earum que sunt eius rei proprie quam diffinire uolumus
breuiter et circumscripta quedam explicatio. hinc ego rebus exempla ad
iungere. nisi apud quos hec habentur oia cernerem. Nunc complectar
quod proposui breuiter. Si enim aut michi facere licuerit quod iam diu cogito
aut alius quispiam aut me impedito occuparet. aut mortuo effecit.
ut primum omne ius civile in genera digeram. que per pauca sunt. dem
eorum generum quasi quedam membra disparciam. tum propriam utq;
uim diffinitione declarer. perfectam iuris ciuilem artem habebitis. magis
magnam atq; uberem q; difficilem atq; obscuram. Atq; interea dum hec
que dispersa sunt coguntur uel partim licet carperitem et colligentem
undiq; replere ista iuris ciuile scientia. Nomen uidetur equitem romanum
hominem acutissimo omni ingenio sed minime ceteris artibus eruditum
q; aculeonem. qui merum uiuere semperq; uixit ita tenere ius civile. ut ei
cum ab hoc discesserit nemo de his qui peritissimi sunt anteponatur
Omnia enim sunt posita ante oculos. collocata in usu cotidiano. in con
gressione hominum atq; in foro. neq; ita multis litteris aut uoluminibus
magis continentur. Eadem enim elata sunt primum a pluribus dem
paucis uerbis conmutatis etiam ab hisdem scriptoribus scripta sunt sepius.
Accedit uero quo facilius percipi cognosq; ius civile possit. quod minime
pleriq; arbitrantur. mira quedam in cognoscendo suauitas et delectatio.
Nam siue quem aliena studia delectent plurima est in omni iure civili

et in pontificum libro et in xii tabulis antiquitate effigies. Et et
 uerborum uetustas prisca cognoscitur et actionum genera quaedam maiore
 consuetudinem uitamque declarant. Sive quae civilem scientiam quam scius
 la non putat oratoris esse propriam: sed cuiusdam ex alio genere prudentiae
 totam hanc descriptis omnibus ciuitatis utilitatibus ac partibus xii tabu
 lis contineri uidebitis. sive quem prepotens ista et gloriosa philosophia
 delectat dicam audacius. hoste habet fontes omnium disputationum suarum
 qui iure civili et legibus continentur. Ex his enim et dignitatem maxime
 expendam esse uidemus. tum uerum et iustum atque honestum labor honoribus
 premijs splendore decoratur. uicia autem hominum atque fraudes: damna
 ignominia uinculis uerberibus exilio morte mulcantur. Et docentur
 non infinito concertationumque plenus disputationibus: sed auctoritate
 nutuque legum dominos habere libidines. cohercere omnes cupiditates. ma
 tueri ab alienis. mentes oculos manus abstinere. fremant omnes licet.
 dicam quod sentio. bibliothecae me hercule omnium philosophorum. unius michi uidetur
 xii tabularum libellus si quis legum fontes et capita uiderit et auctori
 tatis pondere: quae utilitatis libertate superare. At si nos id quod maxime
 delectat nostra patria delectat. cuius rei tanta est uis ac tanta natura: ut
 itaquam illam in asperis uis saeculis tanquam indulum affixam sapientissi
 mus iure immortalitati anteponeret. quo amore tandem inflammari
 esse debemus in eiusmodi patriam: quae una in omnibus terris dominus est
 uirtutis imperii dignitatis. cuius primum nobis mens mos disciplina
 nota esse debet. uel quia est patria parens omnium nostrum. uel quia tanta
 sapientia fuisse in iure constituendo putanda est: quanta fuit in his
 tantis opibus imperii comparandis. Percipietis etiam illam ex cog
 nitione iuris letitiam et uoluptatem quae quantum presterit nostri
 maiores prudentia ceteris gentibus: tamen facillime intelligetis. si cum
 illorum lycurgo et dracone et solone nostras leges conferre uolueritis.
 Incredibile est enim quod sit omne ius civile praeter hoc nostrum in con
 ditum ac pene ridiculum. de quo multa soleo in sermonibus cotidianis
 dicere: cum hominum nostrorum prudentiam ceteris omnibus et maxime
 grecis antepono. his ego de rebus dixeram scruola his qui perfecti orato
 res esse uellent. iuris civilis cognitionem esse necessariam. Jam uero ipsa

44. 48

per sese quantum afferat his qui ei presunt honoris et acie dignitatis
que ignorat. Itaque non ut apud grecos infirmos homines mercedula ad
ducti ministros se prebent in iudiciis oratoribus: hii qui apud illos prag
matici uocantur sic in nostra ciuitate contra amplissimos quisque et cla
rissimos uir ut ille qui propter hanc iuris ciuilem scientiam sic appellatus
a summo poeta ennio est egregie cordatus homo catus aelius septus
multique preterea qui cum meto sibi auctore dignitatem reperissent
prefererunt: ut in respondendo iure plus etiam quam ipse meto ualere
Senecuti nero celebrande et ornande: quod honestius potest esse perfu
gum quam iuris interpretatio. Equidem michi hoc subsidium iam inde
ab adolescentia comparauit non solum ad causarum usum forensem:
sed etiam ad decus et ornamentum senectutis: ut cum me iures quod fere
iam tempus aduentat deficere cepissent: ista absolutione domum meam
iudicarem. Quid est enim preclarus: quam honoribus et reip. muneribus
perfidum senem posse suo iure dicere idem quod apud ennium dicit ille
phidias apollo: se esse eum unde sibi si non populi at reges at omnes sui
ciues consilium expectant suarum summarum rerum incerti: quos ego
mea ope ex incertis certos compotes consilii dimitto: ut ne res temere
tractent turbidas. Est enim sine dubio domus iuriconsulti totius oracu
lum ciuitatis. Testis est huiusmodi que michi ianua et uestibulum quod
in eius infirmissima ualitudine affectuque etate magna cotidie frequen
tia ciuium ac summorum hominum splendore celebratur. Tam illa non
longam orationem desiderant: quamobrem existimem publica quoque iura
que sunt propria ciuitatis atque imperii: tum monumenta rerum gestarum
et ueritatis exempla oratoris nota esse debere. Namque ut rerum priuatarum
causis atque iudiciis depromenda sepe oratio est ex iure ciuili: et idcirco ut ante
diximus oratori iurisciulio scientia necessaria est. Sic in causis publicis
iudiciorum contionum senatus omnis et antiquitatis memoria et pu
blii iuris auctoritas: et regende rei publicae ratio ac sententia tanquam aliqua
materies his oratoribus qui uersantur in re publica subiecta esse debent. Non
enim casidicum nescio quem neque proclamatores aut tabulam hoc ser
mone nostro conquerimus: sed cum iurum qui primus sit eius artis an
tistes: cui cum ipsa natura magnam hominum facultatem daret: tamen deus

eē putatur: ut et ipm̄ quod erat hominis proprium: non partim per
 nos: sed diuinitus ad nos delatum uideretur. Deinde qui possit non tā
 radice q̄ nomine oratoris ornatu in columnis uel inter hostium rela
 uersari: tūm qui scelus fraudemq; nocentis possit dicendo subicere odio
 ciuium suppliciumq; confirmare: idemq; inuicem presidio innocenciam
 iudiciorum pena liberare: idemq; languentem labentemq; populum
 ad decus excitare: aut ab errore deducere: aut inflammare in improbos
 aut mitatum in bonos mitigare. Eiusdemq; quencumq; in animo ho
 minū motum res et cā postulet: cum: dicendo uel excitare possit ue sedu
 re: hanc uiam si quis existimat: aut ab his qui de dicendi rōe scripserunt
 expositam eē: aut a me posse exponi tam breui: uehementer errat: neq;
 solum iusticiam uicam: sed ne rerum quidem magnitudinem prospicit
 Equidem uobis qm̄ ita uoluisse fontes unde haurietis: atq; iterum ipā pu
 tam eē demonstranda: non ut ipse dixissem quod et infinitum est et nō
 necessarium: sed ut demonstrarem tantum uiam et ut fieri solet digi
 tum ad fontes intenderem.

ubi uero inquit mutuo satis superq; abste uidetur: istorum stu
 die si modo sunt studiosi eē furtum. Nam ut socratem illum soli
 tum auit dicere: perfectum opus esse si quo satis eēt conuictus cohor
 tatione sua ad studium cognoscende percipiendeq; uirtutis: quibus em̄
 id persuasum eēt: ut nichil mallet eē se q̄ bonos uiros: hō reliquam
 facilem esse doctrinam: sic ego intelligo si in hec que patefecit orōne
 sua crassus intrare uoluerit: facillime uos ad ea que cupitis peruen
 tius ab hoc aditu ianuamq; patefacta

obis uero inquit sulphicis ista sunt perquirata perquiranda:
 sed pauca etiam requirimus. In primisq; ea que ualde breuit
 ate crasse dicta ante peruersa sunt: cum illa te et non contemere et
 didicisse confiterere. Ea si paulo latius dixeris: explebis omnem expec
 tationem ducturū desiderij nostri. Nam nunc quibus studendum reb;
 esset accepimus: quod ipm̄ est tamen magnum: sed uias earum rerū
 rationemq; cupimus cognoscere

uis si inquit crassus: qm̄ ego quo facilius uos apud me tenerem
 bestre potius obsecutus sum uoluntati: q̄ aut consuetudini aut

48 naturae mee petimus ab anthonio ut ea que continet neque adhuc pro-
tulit ex quibus unum libellum sibi exardisse iam dudum questus est
explicet nobis et illa dicendi mysteria enunciet. Ut uidetur inquit sul-
picius nam anthonio dicente etiam quid tu intelligas sentiemus. Pe-
to igitur inquit crassus a te quoniam id nobis anthoni hominibus id etatis
oneris ab horum adolescentium studiis imponitur. ut exponas quid hodie
rebus quas a te queri uideo sentias. Deprehensum quidem me inquit
anthonius plane uideo atque sentio. non solum quia ea requiruntur a me
quorum sum ignarus atque insolens. sed quia quod in causis ualde fruge
soleo ne tibi crasse succedam. id nunc me isti uitare non sinunt. Verum
hoc ingrediar ad ea que uultis audacius quod idem michi spero usu esse
uenturum in hac disputatione quod in dicendo solet ut nulla expectetur
ornata oratio. Neque enim de arte dicurus quam unquam didici sed de mea
consuetudine. ipsaque illa que in commentarium meum retuli. sunt eius
modi non aliqua michi doctrina tradita sed in rerum usu causisque tractata
que si uobis hominibus eruditissimis non probabuntur. uestram inquit
tatem accusatote. qui ex me ea quesieritis que ego nescirem. meam facul-
tatem laudatote cum uobis non meo iudicio sed uestro studio inductus non
grauate respondero.

nam crassus pergit modo inquit anthoni. nullum est enim pe-
riculum ne quid tu eloquere nisi ita prudenter ut neminem mem-
peniteat ad hunc te sermonem impulisse. Ergo uero inquit pergitam et
id faciam quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere
censeo. ut quid illud sit de quo disputetur explanetur. ne uagari et errare
cogatur oratio si hi qui inter se dissenserint non idem esse illud de quo
agitur intelligerent. Nam si forte quereretur que esset ars imperatoris. con-
stituendum putarem principio quis esset imperator. qui cum esset constitutus
administrator belligerendi. tum adiungeremus de exercitu. de castris.
de armibus de signorum collocacionibus. de oppidorum oppugnacione
nibus. de comitatu. de insidijs faciendis atque uitandis. de reliquis rebus
que proprie essent belli administrandi. quarum qui essent animo et scientia
compotes. eos esse imperatores dicerem. utereturque exemplis africanorum
et maximorum. Scipionum atque hancalem eius generis homines

nominarem. Similiter quereamus quis est is qui ad rem p. mo-
 zandam usum et scientiam et studium suum contulisset. Diffinirem
 hoc modo qui quibus rebus utilitas rei p. pararetur augetur
 teneretur. hisq. uteretur. hunc rei p. rectorem et consilij publica auc-
 torem esse habendum. predicaremq. p. lentulum principem illum et
 titum gratium patrem. et q. metellum. et p. africanum. et g. lelum
 et innumerabiles alios. tum ex nostra ciuitate tum ex ceteris. Similiter
 quereatur quis nam iuris consultus uere nominaretur: cui dicere
 qui legum et consuetudinis eius qua priuati in ciuitate uterentur. et
 ad respondendum et ad agendum et ad cauendum peritus esset. et
 ex genere sextum elium. M. maniliam. p. mutium nominarem. Atq.
 ut iam ad leuora aruum studia ueniam si musicus. si grammaticus. si
 poeta queratur. possum similiter explicare quid eorum quisq. profiteat.
 et quomodo amplius a quoq. sit postulandum. Philosophi demq. ipi
 qui de sua ac sapientia unus omnia pene profiteatur. est tamen quedam
 descriptio. ut is qui studeat omnium rerum diuinarum atq. humanarum
 uim naturam causasq. nosse. et omnem bene uiuendi rationem tenere ac
 persequi nomine hoc appellatur. Oratorem autem qui de eo quereamus
 eundem non facio eundem quem crassus. qui michi iusus est omnem omnium
 rerum atq. aruum scientiam comprehendere uno oratoris officio ac nomine.
 Atq. eum puto esse qui et uerbis ad audiendum iocundis et sententijs ad
 probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atq. coibus. hunc
 ego appello oratorem. cuiq. esse preterea instructum uoce et actione et
 lepore quodam uolo. Crassus uero michi noster iusus est oratoris facultatem
 non illius artis terminis sed ingenij sui finibus immensis pene des-
 cribere. Nam et ciuitatum regendarum oratori gubernacula sententia
 sua tradit. in quo per michi mirum iussum est. scruola te hoc illi concedere.
 cum sepius tibi senatus breuiter impoliteq. dicenti magnus sit hie de
 rebus assensus. M. uero scaurus quem non longe iuri apud se esse audio
 iur regende rei p. scientissimus si audierit hanc auctoritatem grauitatis
 et consilij. sui uindictam ate crasse q. eam oratoris propriam esse dicas.
 iam credo huc ueniat. et hanc loquacitatem nostram uultu ipso aspectuq.
 conferreat. qui anteq. est in dicendo immane contemendus. prudentia tu

30 rerum magnarum magis q̄ dicendi arte nititur. Neq; uero si quis b
trunq; potest. aut ille publici consilii auctor ac senator bonus: ob eam
ipam causam orator est. aut hic disertus atq; eloquens si est. idem in
procuracione ciuitatis egregius aliquam scientie dicendi copiam est as
sequutus multum inter se distant iste facultates longe q; sunt diuerse
atq; seumate. Neq; eadem rōne et uia M. ratho. p. africanus. q. metellus
y. lclius. qui omnes eloquentes fuerunt orōnem suam et rei p. dignitate
exornabant. Neq; enim est interdictum aut a rerum natura aut a lege a
liqua atq; more et singulis hominibus ne amplius q̄ singulas artes nos
se liceat. Quare non etsi eloquentissimus athenis pericles idemq; in ea
ciuitate plurimos annos princeps consilii fuit publici. Idcirco eiusdem
hominis atq; artis utraq; facultas estimanda est. neq; si p. crassus idē
fuit eloquens et iuris peritus ob eam causam inest in facultate dicendi
pate. Nam diuina quedam eius magnitudo uidetur michi dum ista consi-
dero. *Sor.* Et si ciuitas scires o socrates quemadmodum ut diu solet omnes
potentias complexas sub se habere. magnam uero coniecturam tibi adducam.
Sepe iam cum fratre meo et cum alijs medicis ad aliquem egrotantium
ingressus. cum ille uel pharmatum potare nollet. uel secundum uentum
q; se medico non permitteret nec ualeret medicus suadere. ego persuasi nō
alia arte q̄ rethorica. dico autem si aliquam urbem adueniat rethoricus
uel medicus. certareturq; inter eos uerbis in concione uel in alio quopiam
cetu. uter sit pro medico eligendus. medicum quidem nūq̄ apparere si
illum electum iri quidicendi periciam facultatemq; habebit. Et eodem mō
si aduersus alium quēuis artificem certet rethoricus. optinebit ut ipse non
eligatur q̄ alius quinnq;. Nichil est enim de quo non suadentius loquitur.

rethoricus apud multitudinem q̄ alius quivis artifex. Potentia quide
 huius artis tanta est et talis. oportet tamen o socrates sic illa uti ut cet̄a
 omn̄ certacione. Neq; enim is qui pugnis aut armis sic pugnare didicerit
 ut amicos et inimicos superare possit. ob hoc amicos pulsare et occidere de
 bet. Nec etiam si palestra quis exercitatus pugil robusti corporis evaserit
 deinde parentes aut amicos vel domesticos pulset ob hoc pedotricus. et q̄
 in armis pugnare docent odio habendi sunt atq; ex uribus pellendi
 Nam isti ea docuerunt ut iuste uteretur contra hastes et iniuriam in
 ferentes. ille vero colore et arte peruers^{ab} utitur. Non ergo qui docuit
 improbus. neq; ars ob hoc mala est. sed ille ut puto qui non recte utitur
 Eadem ratio de rethorica est. potest enim aduersus omnes de quacunq;
 re orator dicere et apud multitudinem superior ee. sed nichilominus
 ob huius potentiam debet aut medicos aut ceteros artifices auctoritate
 sua spoliare uelle. sed iuste rethorica uti ut alio certamine. (Et si quis p̄na
 dicendi facultatem adeptus hac potentia et arte iniuste utatur. non cum
 qui docuit odisse aut expellere oportet. nam ip̄e ad iustum usum tradidit
 iste uero contra utitur. Cum igitur qui non recte utitur. odisse par est ip̄
 sumq; expellere ac necare non enim qui docuit Soc. Puto te o gorgia in
 multis disputationibus uersatum comprehendisse non faciliter posse hoies
 cum disceptare ceptarunt sic abire ut semuicem solum doceant atq; disant
 sed si de aliquo contendant. nec concedat alter alteri. graunter ferunt et
 per maluolentiam dictum arbitrantur. certantes simul non autem que
 rentes. id de quo ambigebatur. nonnunq; uero sic tuu. pissime discedunt cu
 iurp̄e et maledictio: ut etiam illis qui aderant molestum sit qui tales ho
 mines putauerunt audiendos. Quamigitur obrem ego nunc ista dico q̄
 tu uideris michi o gorgia non nimium consona et consentanea his que pu
 us dixisti de rethorica dicere. uereor tamen redarguere. ne forte arbitreus
 me non ut res ip̄a manifesta fiat sed tuu grana contendere. Ego uero si tu
 ex illo hominu numero es de quo ego sum libenter tecum disputarem. si
 uero non es ex eo numero libenter dimitterem. Ex quo autem numero
 ego sum si conuo. respondeo ex his qui libenter uolunt reprehendi si quid no
 uere dicant. libenter etiam reprehendere si quid non uerum ab alio dicatur
 et quibus non minus dulce est redargui q̄ redarguere. Nam tanto maior

bonum hoc esse reor quanto maius est ipsum liberari maximo malo quam alium
liberare. nihil enim arbitror deterius esse hominibus quam falsa sentire in
his rebus de quibus nunc est sermo a nobis institutus. Si igitur et tu
ais te esse talem disputemus Si uero dimitteendum censes dimittamus
Soc. dico quidem o socrates me quaque talem esse qualem tu modo significabas
sed fortassis aliorum qui assunt habenda est ratio. dudum enim ante ad
uentum tuum multa istis narraui et nunc fortasse si disputare aggredi
emur longior protrahetur mora Quare considerandum est: ne aliquos
ex istis aliquid facere uolentes detineamus Soc. clamorem o gorgia et so
crates ipsum auditio istorum qui audiunt cupiunt: michi uero nullum nego
cium tanti fuit ut huic disputationi a nobis institute aliquid anteponam
Cal. per deos o cherephon ego quaque cum multis disputationibus iam
affuerim: nescio si unquam eque ac nunc fuerim delectatus: itaque michi gratum
est etiam si totam diem disputare uellent Soc. Atqui o callides quantum
in me est nihil prohibet: modo uelut gorgias Soc. turpe quidem iam
michi foret o socrates et contra id quod modo pollicebar nolle interrogari
de quo quisque uelit: quare si istis uidetur disputemus et quere tuo arbitrio
Soc. Audi ergo que in tuis uerbis o gorgia admiror: forte enim te recte
dicente/ ego non recte suscipio: rethoriarum ais te facere posse si quis uelit
a te discere Soc. ita Soc. ergo de omnibus ut in turba dicere ualeat
non docendo sed suadendo Soc. profusus Soc. dicebas etiam de sanitate
plus suadere rethoricam quam medicum Soc. dixi certe sed in turba
Ergo in turba id est inter ignorantes Nam apud illos qui sciunt non
magis suadere quam medicus Soc. uera narras Soc. Nonne ergo si
quidem medico suadentior erit Soc. profecto Soc. medicus ipse existens
uel non Soc. non Soc. inscius eorum que medicus sit Soc. uidelicet
Soc. id ergo qui nescit eo qui scit apud illos qui nesciunt suadentior erit
quam orator medico suadentior erit sequitur hoc uel aliquid quippiam ita
sequitur an ergo et in omnibus alijs artibus eodem modo se hinc
orator: ipse quidem res ut fiat nihil atmet sed machinationem quadam
ac persuadendum sic inuenire debet ut apud ignaros magis scire quam sci
entes ipsum uideantur non igitur magna facultas o socrates cum non
didicerat quos alias artes sed hanc unam solam nihil minus quam alios hinc

utrum minus habeat uel non habeat orator q̄ alij ad hanc unā facultatem statim considerabimus quantum ad hunc pertinet sermone Nunc ante hoc prius uideamus an circa iustum et iniustum. honestūq̄ et turpe malūq̄ et bonum sic se habeat orator quemadmodum circa sanitatem r̄ē in quibus alie artes uersantur ut scilicet bonum malum ue sit aliquid pulchrumq̄ uel turpe aut iustum uel iniustum. nesciat quidem sed quandam suasionem de huiusmodi rebus sic adstruat. ut ip̄e nesciens apud nescios melius q̄ scientes scire uideatur. Jam uero necesse est ip̄m scire oportetq̄ ut cum hac sciencia iam parata ad te ueniat qui rethorica uelut addiscere. et si non affert seam huius rerum scienciam. tu rethorice magister talia non docebis. Non enim tuum est ista docere sed facies ut apud multitudinem hoc scire uideatur cum nesciat. et bonum uideri cum non sit. an oīo non poteris rethoricam docere nisi prius ista sciat aut quomodo se hec habent igitur. Et per iouē ut imper dixisti aperiri que sit tandem rethorice uis ac potestas

Atqui o socrates si nesciat a me Siste ergo recte enim dicis si quidem rethoricam que iam facies necesse est ip̄m scire iusta et iniusta. a priusq̄ ad te ueniat aut post q̄ illa discere a te. Nihil enim. Quid ergo is qui architecturam dididigerit. architectonice est uel non? est. et qui musicam musicus ita et qui medicinam medicus. et sic de alijs eodem modo. qui dididerit aliquid talis est qualē cuiusq̄ sciencia facit profuso. Nonne igitur per hanc rationem qui iusta dididerit. iustus utiq̄ erit. profecto iustus uero iusta facit. ita Ex quo necesse est rethorici quidem iustum eē. iustum uero uelle iusta agere uidetur Nunq̄ ergo uolet itaq̄ iustus iniuriam facere uolet necesse est rethoricam autem necesse est ex supradictis iniustum eē ita nunq̄ ergo uolet rethoricus iniuriam facere uidetur Reminiscere paulo ante dictum a te non oportere pedotri mus imputare si quis pugil certacione iniusta uocatur. Et eodem modo si orator iniuste utatur rethorica. non illi qui docuerit eē imputandum. sed iniuriam inferenti et non recte utenti. dicta fuerunt uel non dicta Nunc autem iste ip̄e rethoricus uidetur nunq̄ iniuriam facere

ita est. Et prius quidem o gorgia dicebatur rethoricam
circa sermones esse: non paria et imparia: sed iusti et iniusti. nonne
est ita? ^{propterea} Ergo igitur cum tu ita diceres: tunc censu
rethoricam nunquam esse rem iniustam. que semper de iusticia sermonem
faceret. deinde cum dixisses paulo post si orator iniuste rethorica ute
retur statim admiratus atque ratus non esse consentanea que dicebatur.
absque illa dixi uerba. et si lucrum putares esse redargui ut ego: opere
precium foret disputare. si uero putares lucrum esse dimitteremus
Postea uero considerantibus nobis concessum fuit ut nosti impossibile
esse rethoricam rethorica uti et iniuriam facere uelle. hec igitur quoque
modo sunt per canem egyptiorum deum non parua cogitatione opus
est ad illa inter nos tendenda. Quid uero o socrates tu ne etiam
sic de rethorica opinaris ut nunc ais. an magis putas gorgiam pu
dore quodam adductam hanc concessisse tibi rethoricam iusti et honesti
et boni scientiam non habere. et si ista nesciens ad ipsum ueniret cum
esset docturum. ex qua fortasse concessione contrarium aliquid in dispu
tatione euenit. hoc utique tu studiose captas o socrates ad huius respon
sa perducens. Nam quem arbitraris fuisse negaturum se nescire ea
que iusta sunt et alios docturum esse. uerum ad hoc interrogando per
ducere magna rusticitas est. O pulcherrime pole ob eam pro
fecto cum amicos et filios nobis comparamus: ut si quando seniores
facti erremus: uos iuniores patres uitam nostram et uerbis et operibus
corrigatis. Et nunc si quid me et gorgiam in disputando sefellit. tu
patris corrige. sic enim debes. egoque tibi permitto ut si quid eorum que
concessa sunt non recte concessum putas: id tu arbitrati inuites. dum
tamen michi unum custodias quid hoc o socrates. prolyti
tatem o pole qua prius uti reperas quid autem nome michi li
cet quantum uelim loqui graua quidem patereris o pole si a
themis degens ubi totius grecie maxima loquendi uoluntas est. tu solus
in eo loco potestatem loquendi tuo arbitrati non haberes. ac contra pone
te prolyte dicente nec uolente ad interrogatum respondere: nome riu
sus eo graua paterer: si non liceret michi abire et te audire nolle.
Verum si qua tibi cura est huius disputacionis corrigende quemadmodum

nunc dicebam mutans quod tibi uideatur mutandum. petensq; iussit.
atq; respondens ut ego et gorgias fecimus. redargue me et ego te
redargui pariare. Dico enim te quoq; scire illa que gorgias dicit se
scire uel non? equidem iubesq; ut de quo quisq; uelit a te que
rat tanq; ab homine sciente respondere ita profecto erigo al
terutrum tuo arbitrato facias. quere uel responde faciam equide
ac michi responde quando gorgias in hoc desicere tibi uideatur. tu ipam
rethoricam quam ee dicis? an interrogas quam artem esse dicam
ita nullam o pole ut tibi uera loquar atquid tibi uideatur
ee rethorica res quam tu ais fecisse artem in eo sngrammate quod
didim legi. Quid igitur ee dicis periciam quandam pe
ricia tibi rethorica uideatur michi proisus nisi tu aliud dicas at
cuius pericia? gratiam quandam ac uoluptatem pariendi no
ne ergo pulchrum quiddam tibi rethorica uideatur cum apud homines
comparare gratiam possit quid o pole. audiisti iam quid illam
ee dicam qui demceps me rogas utrum pulchra michi uideatur no
ne audiu te dicentem ee periciam quandam. uis ergo qm gram
magnifacis parumper michi gratificari uolo equidem quere
a me de roquimaria que michi ars uideatur ee quere que ars uidet
roquimaria? nulla o pole at quid? pericia quedam que
pericia gratiam et uoluptatem pariendi idem ne est roqui
naria et rethorica nequa; sed eiusdem studij particula. cuius
studij ne rusticus sit ueritatem dicere uerbor gorgie ta. ne forte me
eius studium uituperare arbitretur. Ego enim si hoc est rethorica quod
gorgias exerceat nescio. Nam ex hac disputatione nichil nobis patefactu
est quid tandem ipse putet. sed q; ego rethoricam uoco rei cuiusdam par
ticula est nequa; bona. Cuius o socrates dic nil mea causa ueritus
uideatur michi o gorgia ee quandam facultatem non artificiosa
quidem sed animi myemosi atq; uicilis aptiq; ex natura hominibus
conuersari. Appello autem ego summam et caput huiusre facultatis
adulationem eiusq; michi uidentur multa ee membra. vnum uero ipa
roquimaria que uideatur ee ars. sed ut ego sentio non est ars. uerum pe
ricia quedam. eiusdem insuper particulam sue membrum dico rethorica

ēē et comaticam et sophisticam quatuor ista membra in quatuor rebz
Si ergo uult polus querere querat. Nondum enim audiuit qualem
adulationis particulam dico ēē rethoricam. nec animaduertit me ad
hoc nondum respondisse. itaqz interrogat an pulchrum existimem
uel non. Ego autem sibi utrum pulchrum uel turpe existimem esse
rethoricam non prius respondebo q̄ dixerim quid ipa est. Non enim
iustum o pole sed si audire uis interroga qualem particulam adulationis
dico rethoricam ēē ecce quero abste qualis particula. at me
respondente intelligere poteris. Est enim rethorica secundum meum
sermonem ciuile particule simulachrum quid ergo pulchrum
uel turpe ipam dico ēē. turpe. nam mala turpia uero quando ut
scienti que aio me oportet respondere. Per ionem o socrates nec
ego intelligo que dicitis. Merito o gorgia nondum enim satis ex
pressi. uerum hic polus uiuens est et acutus. at hinc siue michi
autem responde. quomodo ciuile particule simulachrum ēē rethorica
dico conabor tibi dicere o gorgia quid michi rethorica ēē uideatur
Si uero non est id palus iste redarguet. corpus appellas aliquid et
animam appello equidem. horum uero putas aliquam utriusqz
bonam habitudinem ita. quid autem apparentem bonam ha
bitudinem cum non sit bona. uerbi gratia. multorum hominum corpora ui
dentur bene hēre de quorum mala habitudine non facilliter quisqz ani
maduertetet preter medicos et gymnasiuuzos uera narrao
tale aliquid dico et in corpore ēē et in animo quod quisqz facit
ut corpus et animus bene se habere uideantur cum nichilominus ma
le se habeant ita est age uero si possumus hoc clarus offe
dere. cum due sint res. duas dico artes. quarum illam que in animo
est ciuilem uero. illam uero que in corpore uno nomine appellare non
possum sed ipius duas partes ēē dico gymnasticam scilicet ac medi
cinam. In ciuili autem de qua supradiximus. gymnastice quidem no
mothetica. medicine uero iusticia correspondet. miscentur tamen et
conmunicant aduicem medicinaqz et gymnastica. itemqz iusticia et
nomothetica. ut pote que circa idem uersantur. sed nichilominus in
ter se distant. Cumqz quatuor sint hee et partim corpus. partim

animam semper ad bonum curent. adulatio sentiens hoc non tamen
 cognoscens sed comectans. quadrifariam seipam partiens. et quamlibet
 illarum particularum subiens. illam in cuius locum subit se esse simu-
 lat. et boni quidem nullam huius curam. uoluptate autem et semper eo
 quod dulcissimum sit mentem delimit. facitque decipiendo ut plurimum estimanda
 uideatur. Medicinam igitur coquinaria subit. fingitque optimorum
 ciborum pro corpore se habere scienciam. quare si oporteret inter pueros
 aut inter uiros sic dementes ut pueros una coquum medicumque con-
 dere. quis eorum de bonis aut malis cibo plus intelligat. medicus qui-
 dem fame periret. adulacionem ergo hanc uoco et turpe aliquid esse
 dico o pole. quoniam uoluptas curam huius sine aliqua ratione eius quod bonum
 sit. dotes uero illam esse non dico sed periciam quandam. quoniam nullam
 habet rationem eorum que affert qualia sunt secundum naturam ut
 causam cuiusque reddere possit. Ergo autem non appello artem id quod
 fit sine ratione. Et de his si tu ambigis uolo tibi sermonem polluceri.
 Medicinam igitur ut dixi coquinaria adulatio subintrat. gymnastica
 uero eodem modo comatica. res improba fallax inuenerosa illiberalis.
 figuris coloribus et limamentis et sensu decipiens. faciensque ut propriam
 extraneam et falsam pulchritudinem quam affert. propriam ac ueride-
 couis qui per gymnasticam sit negligentia habeatur. Ne igitur longi-
 or sum uolo tibi dicere quemadmodum geometre solent. nam fortassis iam
 assequeris quod comatica ad gymnasticam. ac coquinaria ad medicinam
 primo an sit comatica ad gymnasticam hoc sophistica ad nomothe-
 ticam. et quod coquinaria ad medicinam hoc rethorica ad iustitiam
 ut tamen supra dixi licet sic natura separate miscentur. tamen ut pro-
 pinque et in eodem et circa eadem uersantur sophiste et rethores. nec
 habent utilitatem aliquam quam sequantur nec proscipiunt nec pro alijs
 hominibus. Nam si animus omnino imperet corpori. sed ipsum sibi
 nec ab eo inspiciatur diuidireturque coquinaria et medicina si ipsum
 corpus uideret sua gratia ac uoluptate. Illud anaxagore plurimum foret
 o pole. Tu enim horum periciam habes. omnia in eodem miscentur
 sine discretionem aliqua salubrum medicinalium et coquinariorum.
 Quid ergo ipse dicam esse rethoriam audiisti responde te coquarie

in anima ut illa in corpore. fortassis autem irrationabiliter feci
qui prolixitatem in te prohibens ipse longum extendi sermonem
dignum tamen est michi ueniam prestari nam breuiter dicente me
intelligere nequiuisses sed opus fuisset declaratione. si ergo nec te res
pondente ego intelligere ualeo extende tu etiam uerba. si ualeo sine
me uti responsione tua. hoc iustum est et nunc si hac responsione mea
uti habes utaris.

Quid igitur adulatio uidetur tibi esse rethorica
adulationis diuini esse partem non meministi cum sic huius etatis
quid possit hoc fano cum ad senectutem usque peruenieris o pole an
ergo tibi uidentur uti adultores prauis in ciuitatibus haberi oratores
boni interrogationem hanc facis uel aliam disputationem exor
dis interrogas quidem te nulla existimatione michi uidentur

digni o pole. quomodo nulla. nomine maximam potentiam habent
in ciuitatibus non si potentiam dico bonum aliquid esse ei qui potest

ita dico minimam igitur potentiam michi uidentur in ciuita
tibus habere quid. nomine occidunt quem uolunt spoliareque patrimonio
pelluntque ex uribus ut sibi uidetur instar tyrannorum mediis

fidus o pole in singulis que a te dicuntur ambigo utrum tu sic dicens
sententiam ostendas tuam uel a me queras ac ego quero esto
o amice. deinde duo simul a me queras quomodo duo Nonne
paulo ante dicebas oratores occidere quoscumque uolunt sicut tyranni et
fortunis spoliare pellereque ex uribus quem sibi uideatur equidem

Dico tibi igitur duo hec esse petita et respondebo ad utrumque. Non
namque o pole et oratores et tyrannos potentiam in ciuitatibus minimam
habere. nihil enim facere ex his ut ita dicam que uolunt facere tamen que
optima sibi uidentur Nonne hec est magna potentia non ut

dicit polus ego non dico. dico equidem certe per tu uero ne
quaquam si magnam potentiam habere bonum esse dico possidenti dico
enim bonum igitur esse putas si quis ea faciat que sibi optima
uideantur mentem non habere et hoc uocas magnam potentiam non
equidem ergo ostendas oportet oratores mentem habere et artes esse
rethoricam ac non adulationem. quod nisi ostendas sed me inducitur
relinquas oratores et tyranni facientes in ciuitatibus que sibi uidentur

96

nullum bonum ex hoc possidebunt si quidem potentiam hęc bonū est
ut tu dico, facere autem sine mente que uidentur sibi facienda tu ipse
malum esse concedis proorsus concedo quomodo ergo oratores
aut tyranni in ciuitatibus potentiam magnam habebunt nisi socrates
conuincatur a polo eos facere illa que uolunt. eni uir nego eos
facere que uolunt ac me redargue nome paulo ante confitebare
illos facere que sibi optima uiderentur et nunc rursus confiteor
ergo faciunt que uolunt nequaquam faciunt autem que sibi
uidentur ita absurda et irrationabilia dico o socrates noli
me accusare o pole lepide, ue ad te contra te dicam uerum refelle et me
um si potes offende errorem uel tu ipse michi responde. ac uolo rēdere
potius ut uideam quid tandem dicas utrum igitur tibi uidentur
homines id uelle quod ipsi ubique agunt uel illud cuius gratia agunt
id quod agunt. ueluti qui a medico pharmaca potant utrum tibi
uidentur hoc uelle quod faciunt potare saltem pharmacam et asperita-
tem eius perferre: uel sanitatem cuius gratia potant recuperare
constat sanos fieri uelle cuius gratia potant Ergo et qui nauigant
uel aliud negotium lucri causa obeunt non hoc uolunt quod faciunt
Nam quis uult nauigare pericula subire molestias hęc sed illud uolunt
cuius gratia nauigant. locupletari scilicet. lucri enim causa nauigant
proorsus. et sic de omnibus. si quid quis agat alicuius gratia
non hoc uult quod agit sed illud cuius gratia id agit. Sic uidetur
an igitur est quicquam ex omnibus que sunt quod non aut bonum sit
aut malum aut medium istorum neque malum neque bonum nihil
omnino o socrates. Nomen bona dicitur esse sapientiam ualitudinem diuitias
et cetera huiusmodi. mala uero istorum contraria ita proorsus neque
bona autem neque mala que quandoque mali participia sunt quandoque
neutri. ueluti sedere uadere currere nauigare et rursus ueluti lapides
et ligna et talia huiusmodi. nome hoc dico nec bona nec mala hoc proorsus
utrum igitur hec media honorum gratia agunt homines qui agunt
aut bona eorum gratia que sunt media media uidelicet bonorum
gratia bonum igitur sequentes uadimus quando uadimus. et
contra stamus quando stamus propterea ipsum bonum ita et

occidimus si aliquem occidimus et expellimus et fortunis priuamus
putantes melius esse nobis ista facere nimium gratia igitur
boni haec omnia faciunt qui faciunt fateor nomen supra con-
fessi sumus que gratia alicuius facimus eam non uelle nos sed illa
quorum gratia ista facimus ita non ergo occidere nec expel-
lere nec pecunias auferre ita simpliciter uolumus. sed si utilia quae
sunt uolumus ista facere. si uero inutilia non uolumus. bona namque
uolumus ut tu ipse fateris. que autem neque bona neque mala sunt non
uolumus nec mala ipsa. nomen tibi recte uideo dicere o pole quid non
respondes recte ergo si haec concedimus si quis occidat aliquem
aut pellat aut auferat pecunias siue tyrannus siue orator putans
melius sibi esse sit autem peius iste profecto facit que sibi uidentur
ita que tamen ipse uult si quidem sunt haec mala non facit nomen
tibi uidentur non uidentur michi facere que ipse uult Esto quid
quomodo igitur iste magnam potentiam habet. si quidem est magna
potentia si bonum aliquod secundum confessionem tuam non haec
uera ergo sunt ea que dicebam. cum dico esse ut homo in ciuitate fa-
ciat quaecumque sibi uidentur nec tamen magnam haec potentiam. neque
faciat que ipse uult quasi uero tu socrates non optares licere tibi
facere in ciuitate quicquid tibi uideretur. neque cupis talis esse quales ter-
ris aliquos in ciuitatibus occidentes et auferentes patrimonia et con-
icientes in uincula quosque sibi uidentur iuste dicit uel iniuste quod
modocumque utrumque enim optandum est. absit a pole quare
Quia non oportet neque non optabilem uitam optare neque miseram ac
compati Quid uero scire putas de quibus dico hominibus quid
m. quicumque ergo uideat quem sibi uidentur iuste uocans miser tibi
uidentur nequaquam nec tamen eius conditio optanda est Nomen
paulo ante dixisti miserum esse ita qui iniuste occideret o amice
et miserabilem misere Qui autem iuste occidit eius conditionem non
esse optandam quid autem is qui iniuste occidit? nomen miserabilis
et infelix est aut minus quam qui occidit minus certe quam is qui occidit
o pole. et minus quam is qui iuste occiditur quare o socrates quia
maximum omnium malorum est iniuriam facere quomodo maxime

Nonne maius est iniuriam pati
 potius iniuriam pati q̄ miserre
 tamen foret necessarium aut facere iniuriam aut perpeti: eligere
 potius perpeti q̄ facere
 si tu tyrannidem appelles ut ego
 luere in ciuitate quisquid sibi uideatur hoc facere: necando expellen
 do et omnia agendo ut sibi uideatur
 refelle: si ego enim in foro ac frequenti hominū multitudine assumpta
 sub brachio sita tibi dicerem michi potentiam ac tyrannidem mirabi
 lem superuenisse. Nam siue aliquis istorum hominū quos terro
 michi occidendus uideatur confestim occidetur: siue alius frangenda
 ceruicē frangetur statim: siue toga difandenda difandetur: tantam
 ego in hac ciuitate potentiam habeo ac denique tibi fidem non prauiti
 sicam ostenderem: forte diceres illa conspecta: at o socrates isto modo
 ciuita haberent potentiam Nam et mœndere quasamq; domos
 et athenensium noualia et treuenes et nauigia omnia tam publica
 q̄ priuata quous possit sed hec non est magna potentia per hunc
 modum facere que sibi uideantur: nonne ita existimas
 potes ergo dicere quia ratione hmoi potentiam contemnas
 possum dic queso quia necesse eet qui ita fecisset xpm penam
 luere penam uero luere: nonne malum prorsus nonne
 rursus magnam potentiam ee censet cum agens que sibi uidentur asse
 quitur: ut utiliter agat: bonaq; est hmoi potentia: siu autem non asse
 quatur mala est ac parua Consideremus autem hoc: nonne dicendū
 e quandoq; melius ee hec facere que modo dicebamus: occidere scilicet
 et expellere et fortissime spoliare: quandoq; non ita hoc ergo
 ut uideatur et a te et a me conceditur quid mi utrum ergo tu
 dms melius ee ista facere dic quem terminū statuas at turpe so
 crates ad hoc respondeas ego quidem aio o pole si a me audire
 cupis quando iuste quis agat melius ee: quando uero iniuste peius
 quasi uero arduum te refellere o socrates ac non puer etiam quous
 refellere possit quod non uera dms magnas etas et hunc puero
 et tibi habeo si me refellens ab hmoi errore liberaueris: q̄re te rogo

ne grauate hoc beneficium conferas atqui o socrates in nihil opus
est antiquis exemplis ad te refellendum. hesternum enim et nuper
tunc gesta sat te repellere et aperte ostendere possunt. multos qui
iniuriam faciunt beatos esse que nam hec sunt archelaum
quidem istum perditum filium macedonie dominantem iudeo et
si non iudeo satis audio felix ergo tibi uidetur esse uel miser
Nescio quidem o pole nondum enim ipsum conueni quid autem
si ipsum conuenisses tunc cognosceres alunde uero nequis cognoscere
ipsum felicem esse profecto non constat ergo o socrates te esse di-
turum quod nec magnum quidem persarum regem satis felicem esse
Et uera dixerim nescio enim quemadmodum in eruditione ac
iusticia se habet. Quid uero in hoc omnis constat felicitas ut ego
dico o pole. Nam bonum uirum felicemque feminam esse dico iniustum
uero et malum esse miserum miser ergo secundum tuum sermo-
nem est archelaus ita si quidem iniustus at uero id negari
non potest quoniam sit qui ex ancilla alteri perditum fratris nauis cum
ad ipsum nequaquam macedonie regnum quod nunc habet pertineret sed se-
cundum ius alcece erat seruus et si uoluisset iuste agere ipsum alcece ser-
uisset et sic felix esset. ut tua dicat ratio. At nunc uide quam mirabiliter
factus sit miser qui maximas intulit iniurias qui primum quidem
hunc ipsum dominum ac patrium suum alcecam accersitum ad se quasi
regnum quod perditum abstulerat redditurus: uino et uiuis graua-
tum ipsumque et filium eius alexandrum patruelem suum et equalem
in plaustrum comatos noctuque asportatos martauit deleuitque. Nec quod
tamen his perpetratis miser fieri uisus est. nec penituit ipsum fecisse
sed paulo post fratremque suum legitimum perditum filium puerum. vii.
annorum cuius regnum erat secundum leges uoluit ut felix fieret
iuste alere et regnum sibi tradere: sed in puteum precipitem datum
atque ueritatem deopatre eius matri asseruit puerum dum anserem
persequeretur cecidisse in puteum ac mortem obisse. hic ergo ar-
chelaus tam magnis iniurijs perpetratis miseremus est omnium ma-
cedonum an potius felicissimus. et est fortasse quispiam athenien-
sis a te incipiendo o socrates qui mallet alius quibus macedonum esse

ꝑ archelaus Et in principio huius disputationis o pole te
 ut bene instructum ad dicendum laudam. ceterum te disputandi ar
 tem dixi michi uideri neglessisse. et nunc nomine hmoi est hec tua co
 per quam me quibus puer ut tu dicitio refelleret. putasq; me conuictu
 tuo uerbis qui dixerim muriantem non ee beatum. at ego tibi
 nichil assentior eorum que tu dicitis non enim uis assentiri cum
 tamen uera tibi uidentur o beate oratorie me conuincere ꝑgio
 quemadmodum in iudicio fieri solet. Nam illic alii alios conuincere
 uidentur cum pro sua causa multos ac probabiles adduunt testes: si
 aduersarius unum aliquem ac nullum producat. uerum hic proban
 di modus nullus existimari debet momenti ad ueritatem. Sepe em
 falsa testimonia a multis qui uidentur idonei feruntur. Et nunc de
 his que tu dicitis omnes ferme tam caues ꝑ peregrinam tibi consentientem
 Et si uelis contra me eos testes producere quia non uera dicam attesta
 buntur siue tu inuicem inuicem filium fratresq; ipius una secum quoz
 sunt in diompho tripodas per ordinem positi. siue aristochiarem scelly filiu
 cuius est in pithio pulcherrimum munus. siue uniuersam per idis domu
 siue aliam familiam quamlib; nostrarum eligere uelis. Sed ego unius
 tibi non assentior neq; concedo. Non enim me rationibus cogis: sed
 falsis testibus contra me productis ex ueritate deicere conaris. Ergo autē
 nisi tempm testem adduxero michi assentientem nichil profecisse arbitror
 puto etiam nec te perperisse quidꝑ nisi ego unius et solus assentior tibi
 absq; alia multitudine. Est igitur ut dixi hic unius aliquis arguendi
 modus ut tu et alij multi putatis. Est etiam alius quem ego puto quos
 adinuicem comparantes quid inter se differant considerabimus. Nam
 haud de paruis rebus apud nos dubitatio est. sed de his quas et scire
 pulcherrimum est et nescire turpissimum. Summam enim rerum
 de quibus dubitamus est cognoscere aut ignorare quis beatus sit et qo
 non. tu putas fieri posse ut aliquis iniurius et iniustus felix sit. siquid
 archelaum iniustum quidem et tamen felicem existimas. Ergo autem
 dico ee hoc impossibile. de hoc uno inter nos disceptatio e. Videamus a
 gedum autem iniuriantem dicit felix ee si penas iniuriarum det
 Minime. Nam istomodo miserimus foret Ergo si non dat

penas iniuriis secundum te felix erit ita proisus mea autē
sententia o pole iniuriis et iniustus omnino miser est. nihil miserius
tamen si penas non det nec puniatur. minus autem miser si det penas
puniaturque et a deo et ab hominibus absurda o socrates dicere
inceptas conabor effuere ut tu quoque eadem mentem dicas. amicum
emms te puto nunc uero differimus. hoc sunt attende ergo. dixi ego
prius facere quod pati iniuriam potius esse ita tu autem pati
ita et eos qui iniurias facerent miseros esse dicebam ego et
a te conuictus fui ita per deum ut si putas o pole et recte
fortassis puto tu uero beatos esse iniuriantes si penas non darent
proisus ego miseris dico si penas non darent et si dederit
minus miseros. me hoc refellere at hoc quoque grauius est ad
refellendum nequaquam o pole sed impossibile. nam quod uerum
est refelli nunquam potest quid autem si deprehenditur quispiam tyrannidem
sibi proauare captusque torqueatur exarumficetur effodiantur
oculi ac multis alijs et uarijs penis afficiatur uideaturque liberos et con
iugem eadem pati tandem in cruce ponatur aut inius sub terra
mittatur. ista patiens felix erit. uel potius si euadens et tyranni
dem persecutus uiuat arbitratus suo optabilis et beatus a ciuibus pere
gransque existimatus. hec dicit impossibile esse refellere puer
nunc o pole non autem refellis. nuper uero attestabaris attu
parumper michi responde. an iniuste capessere tyrannidem dixeris
equidem felicior quidem neuter ipsorum erit. nec is qui as
secutus est quod affectabat. nec is qui deprehensus penas dedit.
nam ex duobus miseris nullus felicior altero dicendus est. miserior
tamen qui persecutus tyrannidem et persecutus erit. quid uides o pole
alia quidem hoc refellendi species est. cum quis aliquid dicat uideri
non autem arguere at si non putas te refelli o socrates talia
dicens qualia nullus omnino hominum diceret. nam quere ab istorum
aliquo o pole non sum ex his qui in re peruersantur et nuper
cum tribus mea prerogatiuam haberet. oportere etiam me ad consilium
referre conuictare uisumque referre nesciu. noli ergo uibere ut ad con
silium presentium referam. sed tu meliorem arguendi uiam habes

michi concede ut probem. nam ego eorum que dico unum testem
 producere scio illum ipsum uidelicet tum quos sermo institutus sit
 multitudinem autem ualere scio. et unius sententiam arguere
 scio. multitudinem uero ne loquor quidem. unde ergo si nichil locum
 arguendi uelis concedere tuique ad quesitum responde. ego enim pu-
 to et me et te et alios omnes facere quod pati iniurias deterius esse arbi-
 trari et non dare penas quam dare ego autem neque me neque alium
 quenquam et tu et alii quique. Nequaquam primo nec ego nec tu
 nec alius quisquam respondebis ergo paratus sum. Nam
 cupio scire quid uelis tandem dicere. Dic mihi uideamus tam-
 quam si a principio interrogarem utrum tibi uideatur o pole dete-
 rius iniuriam facere uel pati pati. quid autem tur-
 pius non est ita intelligo. Non putas idem ut uidetur
 pulchrum et bonum turpeque et malum nequaquam quid
 autem pulchra omnia uelut corpora colores luminamenta uoces
 studia ad nichil prospiciens pulchra uocas. ut esse primum ipsa
 corpora pulchra nomine aut secundum utilitatem dicitur esse pulchra
 aut secundum uoluptatem. quod eorum aspectus aspicientes delect-
 tent. an habes quicquam de pulchritudine corporis quod preterea
 dici possit nihil. Nomen cetera omnia eodem modo et si-
 quere et colores aut delectatione aut utilitatis gratia aut utriusque
 pulchra uocas prorsus probe atque statuta legum
 et cetera studia non utique ob aliam causam pulchra sunt quam quod
 aut utilia aut uoluptuaria aut utraque ita ac mihi uidetur
 et disciplinarum pulchritudo eodem modo ita ac preclare
 quidem nunc facio o socrates qui delectatione et utilitate pulchrum
 diffinis. Nomen ergo turpe contra diffiniendum est molestia
 aut detrimento necesse est. Quando igitur ex duobus pul-
 chris alterum pulchrius est aut altero istorum aut ambobus pul-
 chrius est eo quod superat aut utilitate aut uoluptate aut utraque
 minimum et quando ex duobus turpibus alterum turpius
 est aut molestia aut detrimento superans turpius sit uel non ne-
 cesse est ita age ergo quando dicebatur de iniuria inferendis

uel paciendie. pati quidem deterius facere autem turpius dicebas

Dicebam si ergo turpius aut molestia aut detrimento su-
perans turpius est aut utrisq[ue] necesse est consideremus
igitur an molestia superet magisq[ue] doleant hi qui faciunt q[uam] hi
qui patiuntur iniurias. nequaquam non ergo molestia superat
non uidetur ac si non molestia ambobus certe non superat
uidetur ergo altero tantum scilicet detrimento ita

ergo detrimento superans iniuriam facere deterius est q[uam] ferre
manifestum est nomine a te et a multis hominibus ^{uidebat} ~~sciebat~~
pauloante turpius esse iniuriam facere q[uam] pati ita nunc aut

et deterius apparuit uidetur recipere ergo tu o pole ma-
gis id quod deterius et turpius est q[uam] id quod minus ne pigeat
respondere nihil enim offuerat. sed te ranom tanq[ua]m medico per-
mittas myonue et aut fateare aut nega at ego non recipere
o socrates alius uero quisq[ue] hominum recipere non uidetur

mibi ex h[um]ani ratione uera igitur ego dicebam quia nec ego nec
tu nec alius quisq[ue] recipere potius facere iniuriam q[uam] pati Nam
deterius quidem est apparet uides ergo facta comparatione
argumentorum nihil simile nobis apparere Nam tibi quidem deterius

omnes preter me assentiuntur. nullo autem tu unus dimittaxat satis
esse assentiendo quem ego salum rogavi alio omissis et hoc quidem
sic habeto. Quod autem secundum in disputatione erat considere
mus iniuriantem penas dare an ne magnum sit malorum ut
tu putabas an minus non dare penas ut mea sententia est. Consi-

deremus autem sic dare penas et iuste puniri idem appellas
equidem potes igitur dicere q[uod] iusta omnia pulchra sunt magis
iusta et uide ut diligenter respondeas et mature mibi uidetur o
socrates considera et hoc an si quis agat quippiam necesse sit esse

aliquid paciens ab isto agente uidetur an ergo hoc patitur
quod agens agit et tale quale agens agit. Verbi gratia si quis pul-
set quid necesse est ut aliquid pulsetur Et si behementer aut celementer
pulsat sic pulsatum pulsari et pulsans pulsat. ita talis ergo
passio est pulsatio quale pulsans facit prorsus si ergo et uat

quos: necesse est aliquid ueri quid in et si vehementer urat
 sic ueri id quod uritur ut urens urit in unum et si ferat eodem
 modo. feratur enim aliquid Et si profunda et lata sit sectio aut dolo
 rosa tali sectione feratur id quod feratur qualem ferans ferat appa
 ret Summatim uero considera: utrum confiteare quod nuper di
 cebam in omnibus quale aliquid agit agens tale aliquid patiens pa
 titur assentior. hic concessio penam dare utrum pati aliquid
 est aut agere necesse est pati o socrates ergo ab aliquo agere
 quid: ab eo qui punit qui autem recte punit nomine iuste pu
 nit ita ergo is qui punitur et penam dat iuste patitur ita
 uidetur iusta uero pulchra eē dictum est Minimus hor
 igitur alter facit iusta alter patitur ita pulchra ergo
 et bona nam aut delectabilia aut utilia necesse est bona
 ergo patitur qui penam dat uidetur utile quidem sibi est
 Nam sic animus melior si quidem iuste punitur conueniens
 est uicio namq; animi liberatur qui penam dat ita ergo
 maximo liberatur malo Nam sic considera. In querendis pecuniis
 alud uicium conspicio q; paupertatem non quid autem
 in corporis cura nonne imbecillitatem morbum turpitudinem et
 alia hmoi uicia appellas equidem nunc et in animo quoq;
 uicium aliquod eē censes quid in nomine hoc iniuriam uocas
 et imperitiam et immoderatam et cetera hmoi Minimus quidem
 ergo pecuniarum et corporis et animi cum tria sint Nomen ter
 na censes uicia: paupertatem morbum iniuriam ita quod
 ergo istorum uiciorum turpissimum est: nomen iniuria: et summati
 animi uicium plurimum Si autem turpissimum ergo et
 deterrimum quemadmodum dicit o socrates sic dico semper
 q; turpissimum est aut quia molestiam magnam affert/ aut quia
 detrimentum/ aut quia utrumq; turpissimum ut patet ex his que
 prius concessa sunt maxime turpissimum autem iniuria
 et omne animi uicium nunc concedebatur eē concedebatur
 ergo aut molestum est et molestia superans turpissimum e aut de
 trimento aut utrisq; necesse est an ergo plus molestie et

doloris affert hominibus iniustitia intemperantia timiditas et
stulticia et paupertas et morbus non mihi uidetur o socrates
quia igitur excessus quodam et magno detrimento et mira-
bili malo superat animi vitium turpissimum est omni quandoque
non dolore ut tu ipse fatens uidetur atque id quod maxime ex-
superat detrimento malum utique est omni maximum ita
iniuria ergo et intemperantia et cetera animi improbitas maxi-
mum est malorum omni uidetur que igitur aze a pauper-
tate nos liberat. nonne questuaria ita que autem a morbo
nonne medicina necesse est que uero ab improbitate atque
iniuria si tibi non occurrerit consideres Quo et ad quos ducimus
egrotantes corporeis morbis ad medicos o socrates quo in-
iustos et intemperantes ad iudices scilicet ut puniantur
ita In ergo iniustitiam quodam freti puniunt qui recte pu-
niunt proorsus questuaria igitur a paupertate / medicina
a morbo / iudiciaria ab intemperantia et iniuria liberat uidetur
quod ergo istorum pulcherrimum est quorum iudicia
questuarie / medicine / iudiciarie multo exsuperat o socrates iudi-
ciaria ergo aut delectationem maximum facit aut utilitatem aut
utraq; siquidem pulcherrima est ita an ergo curari a medico
delectabile est gaudentque illi qui per medicinam curantur non
uidetur mihi at utile est ita quoniam uidelicet magno liberantur
malo / itaque utile est dolorem tollerare ut sanus fiat quid in
an ergo felicissimus quantum ad corpus attinet id foret qui per medi-
cinam curatus sanitatem recuperauerit / uel qui ab ipso principio
non egrotasset ille nimium qui ne egrotauerit quidem non
enim hoc erat felicitas ut uidetur liberatio mali sed ab ipso initio inco-
lument fuisse sic esto quid uero ex duobus male habentibus
aut in corpore aut in animo quis miserius / utrum qui curatur et libe-
ratur malo uel qui non curatur et abeat uidetur mihi qui non curat.
non ergo in iudicio puniri mali liberatio erat erat profecto
modestos enim facit et iustiores reddit puniunt tanquam medicina que
dam improbitatis ita felicissimus ergo qui non habet uicium

animi quando quidem nobis maximum apparuerit malorum ma-
 nifestum est secundo autem loco qui liberatus est uidetur
 est autem iste secundus qui mortuus et confectus penas dedit
 ita pessime ergo uiuit qui iniuriam hinc nec ab ea liberatur
 uidetur hic est qui maximis iniurijs perpetratis illasque ex-
 cetero perfereret ut neque moneri neque puniri neque in iudicium trahi
 possit: ut nunc dicebas archelaum fecisse et alios tyrannos oratores
 atque potentes uidetur ferme enim hinc perinde faciunt ac si
 quis maximis occupatus moribus perficiat ne medicorum iudicium
 subeat nec se curari permittat formidans tanquam puer ueri et se-
 culari quia dolorem id prebeat ignorans uidelicet quanti precij sit
 sanitas ac uirtus corporis Apparet enim ex premissis atque con-
 cessione tale aliquid facere illos qui iudicium fugiunt o pole dolorem
 eius suspicari ad utilitatem uero ceteros esse ignorantes quantum mi-
 serius est cum non sano nec sincero sed fracto iniusto atque impio animo
 quam cum non sano corpore degere Itaque efficiunt ne penas dent nec
 liberentur maximo malo ac ea de causa pecunias comparant et
 amicos et eloquentiam Ac si nos uera concessimus a pole sentis que
 sequuntur an uis ipsa singulatim prosequamur nisi tibi aliter
 uidetur Nonne conuenit maximum esse malum iniuriam ac
 liberatio huius mali apparuit penas dare Non dare autem penas
 nec impuniri immortatio mali ita secundum ergo est ma-
 lorum magnitudine iniuriam facere cum uero qui fererit penas
 non dare omnino maximum atque primum malorum est uidetur

De hoc igitur amice ambigebamus tu quidem archelaum feliciter
 existimans qui maximas quidem perpetravit iniurias penas autem
 nullas dedit Ego uero contra siue archelaus siue alius quibus ho-
 minum penas non det iniuriarum suarum ei contingere puto ut
 egregie miser sit inter ceteros homines Et semper eum qui nititur
 illo qui passus fuerit iniurias inferiorem esse et qui penas non dedit
 illo qui dederit Nonne hec dicebam ita Nonne demonstratum
 est hec esse uera uidetur atque si hec uera sunt a pole quam uti-
 litatem rethorica afferre potest cum oporteat ex premissis primum quid

nos ipso diligentissime custodire ne cui iniuriam inferamus tanquam
satis mali ob hoc ipsum habituros. Deinde siue per nos siue per alium
nobis carum iniuria alicui inferatur sponte nostra ad iudicem tempore
ad medicum properare. Ne antiquatus iniurie morbus sic inficiat
animum ut insanabilem reddat: aut quomodo dicemus o pole. si ista
priora illa a nobis concessa nomine hoc necessario sequuntur quid
enim dicere possumus o socrates ad defendendum utitur aut ex
cusandum iniurias nostras aut parentum aut amicorum aut filiorum
nostrorum aut patrie nullius utilitatis nobis rethorica est nisi forte
quo arbitretur contra oportere rethorica uti ad accusandum uidelicet
in primis nosmetipsos deinde familiares ac domesticos et alios nostros
si quis eorum iniuriam perpetraverit: ne occultentur crimina eorum
sed patefiant penasque dent et iam efficiantur et ad cogendum seipsum
ipsum et alios ne torpeant ne ue expauescant sed forti et communi
animis tanquam medico secundos uendosque se tradunt uirtutem et honestatem
sequentes neque dolorem magnum existimantes ac si uerberibus
digna commiserint uerberandos sese tradentes si carcere carcerandos
si multa multandos si exilio exilandos si necesse necandos et sic accu-
sator suspensus et aliorum suorum et ad hoc utatur rethorica ut pate-
factis delictis maximo liberentur iniurie malo. Est ne ita dicendum
o pole an non absurda quidem mihi ista uidentur o socrates sed
tamen ex his que superius concessa sunt fortassis consequuntur
Ergo aut illa superius dicta releuantur oportet aut ista concedantur

sic est penitus contra autem reputando si alicui malefacere
oportet siue inimico siue alii iniuriam fecerit inimicus dimodo pro-
uidendum est et uerbis et operibus ne penas det ne ue trahatur ad
iudicem. Et si trahatur admittendum est ut ille uadat ne puniatur
minimo siue aurum multum rapuerit ut non reddat sed abeat et in se
atque in suos misisse nequeque disperdat siue morte digna commiserit ne
moriatur unquam si id fieri potest sed inimiculus sit malus si uero hoc fieri
non potest ut talis eius quam plurimum tempus uiuat. Ad hoc et huius
uidetur mihi o pole utilis esse rethorica. Illi uero qui iniuriam factu-
rus non sit haud quam magna utilitas eius uidetur esse si tamen est

utilitas aliqua q̄ in his que superius dicta sunt nequaquā apparuit
 Dic mihi o cherephon: serio hec dicit socrates an iocatur mihi
 quidem o callicles serio nimis dicere uidetur: recte tamen feceris si
 ab eo quesieris cupio. per deos dic mihi o socrates utrum te serio
 nunc an ioco loqui debemus existimare Nam si quidem serio loqueris
 et sunt hec uera que dicis: quid aliud q̄ totius uite nostre conuer-
 sio est: et omnia ut uidetur per contrarium facimus q̄ oportet.

O callicles si non communes foret hominum affectus sed quiddā
 singulare ac proprium preter ceteros alium nostrum amderet
 haud quaquā facile eēt quod ipse quisq̄ pateretur alteri ostendere
 animaduerto autem et me et te nunc eadem pati: duo enim tū
 sumus duo amamus. Ego phiam tu populū atheniensem
 Sencio et itaq̄ et in concione et in alijs locis si tibi quō prudenti
 contradicat populus: te consueuisse mutare sententiam atq̄ eadē
 que illi placere intelligas nec ullo modo obuiare posse: quare si quis
 illa que tu dicit admittitur absurdūq̄ eēt putet: responderes fortassis
 si uera fateri uelles: nisi is quem tu amas populus mutet sententia
 nec te unquā eēt mutaturum: arbitrare igitur talia quedam a me
 audire nec admirari sed potius facias ut phia quam amo hec uelle
 desistat Nam dicit illa quidem hec que modo presens audisti: aut
 ergo illam redargue et iniuriam facere nec dare penas omnī extremi
 malorum non eēt ostende: aut si hoc stare sinit tibi o callicles tu ipse
 nequaquā consensurus sed in uniuersa uita dissonabis Atqui ergo reor
 prestare ut laia mihi dissona foret: chorue quem dicerem et multos
 homines mihi contradicere: q̄ ut ergo mihi inuis ipse conuincat ac disso-
 nis eēm. O socrates uidetur hec tua quedam iactantia uerborum
 et reuera concionator eē cum idem polo euenerit quod euemisse gor-
 gie paulo ante subactū fuit Nam gorgiam quodam in loco a te roga-
 tim si pergeret ad ipm aliquis qui rethoricam discere uellet usq̄
 uia nesciret an illum doceret: subire adductim inquit polus illum
 affirmans se docturum eē propter mores hominū qui grauitate fer-
 rent nisi quis illa concederet. Ex huius itaq̄ confessione coartū eēt
 gorgiam sibi ipse contraria fateri et te quidem iuste tū meo iudicio

irrisit q̄ huiusmodi inepcias sequeretur. Nunc autem eadem polo e
uenerunt cui nihil ipse non assentior q̄ tibi concessit turpius eē
iniuriam facere q̄ pati. Ex qua concessione a te conculcatus ea q̄
cogitauerat proferre non poterat. Tu enim reuera o socrates seru
pulos fallacia s̄q̄orum p̄ducio dum te ueritatem sequi affirmas
que natura quidem pulchra non sunt lege tamen pulchra sunt.
In multis autem euenit ut admutem contraria sint natura et
lex. Si ergo quis erubescat ea que nouit dicere contraria sibi ip̄i
fateri compellitur quod tu contemplatus insidiarius in uerbis ac si
secundum legem quis loquatur secundum naturam interrogas
si secundum naturam tu secundum legem ut de inferenda uel pati
enda iniuria inper fecisti polo enim secundum legem turpius
dicente tu legem persecutus es. Natura enim peius ac turpius
est iniuriam pati lege autem inferre. Non enim uiri est pati in
iurias sed mancipij cuiusdam cui melius foret mortuum eē q̄ uiuē
q̄ contumelias affectum nec sibi ip̄i nec alij opitulari ualet. Atq̄
ego puto eos qui leges condunt miberilli sunt homines multitudq̄
pro se igitur ac sui commodi gratia leges statuunt et laudes ac uitu
perationes defmunt metu potentium adducti ne aliqua in re ex
cedere ac superare eos possint. Dicunt turpe ac iniustum eē plus
habere et hoc est eē iniuriam plus uidelicet q̄ alij ut habeas quere
Bene enim se cum alijs putant si equam habeant portionem cum
sint inferiores ex quo fit ut lege quidem iniustum ac turpe censeat
querere ut plus habeas q̄ referi et iniuriam hanc uulgo appellant
Natura uero ut puto ondit eē iustum ut melior plus habeat q̄ peior
et potentior q̄ miberillior ostendit hoc autem multiphaziam tu
in referis animantibus tum in ciuitatibus ciuitatibus et gentibus apud
quos iustum censeatur ut potentior infirmiori imperet ac plus hēat
Nam quo iure per se aduersus greciam exercitum duxit aut p̄
eius aduersus stichas aut mille alij quos possem referre uerum
arbitror h̄i secundum uis nature ac me hercule secundum legem
nature. Non tamen fortassis secundum has leges a nobis conditas
per quas optime ac ualidissime indolis adolescentes a rimabilis t̄q̄

leones capientes eosque incantantes ac fascinoles serulem in mo-
 dum subicimus / dicentes equitatem seruandam esse idque esse bonum
 et iustum / Et si vix aliquis prestantis nature insurgat ac literas
 fascinoles incantationesque hinc vix conculcans ac disrumpens
 legesque omnes que a natura desistunt effringens imperet ceteris
 ac dominetur / in hoc uero ipse nature effulgeret / videtur autem
 pyndarus hec eadem in quodam carmine offendisse ubi ait / legem
 omni esse regnum mortalium atque immortalium eamque uis agere
 uolenter prepotenti manu idque coniectare se dicit ex rebus gestis
 ab hercule qui neque emptas neque donatas geritans boues abegit ut
 ipse uice nature ditante / et boues et cetera omnia que possidemus
 illius esse debere qui melior sit ac potentior / Veritas igitur sic se habet
 cognoscere autem si ad maiora omnia philosophandi cura te conuertas
 Nam philosophia quidem o socrates laudanda est / si quis illi temperate et
 in adolescentia studuerit / sed autem diutius in illa persistatur / corrup-
 tio est atque clades hominum / Quis enim egregie fuit nichilo / tamen
 si philosophie diutius studeant necesse est omni illorum imperitos
 fieri quorum oportet magnam excellentes uicos peritiam habere
 Nam et legum ciuitate / et uerborum quibus in congressu atque ceteris
 hominum tam publice quam priuatum uti decet uoluptatum etiam atque
 cupiditatum humanarum et ut breuiter comprehendam morum
 penitus sunt ignari / Itaque si ad aliquam rem gerendam uel publica
 uel priuata se conferant ridiculi habentur / quemadmodum hi qui
 in re peruersantur si in uestras conuersationes disputationesque des-
 cendant / Euenit enim illud euripidis / clarius est quisque in eo cui plu-
 rimum temporis dat ut magis ac magis cotidie excellat / in quo uero
 inferior sit id fugit ac uituperat / et aliud laudat beniuolentiam sui
 putans per hunc modum seipsum laudare / Sed arbitror rectissimum
 est antipodis manere / philosophie tamen quatenus doctrine tam conueniat
 nec turpe quidem est adolescenti philosophari / sed uim grandior natu adhuc
 philosophatur ridicula est res / Ac mihi quidem idem contingit erga
 eos qui philosophie studio operam dant quod erga eos qui balbuunt ac lu-
 dunt / cum enim puerum aspicio balbuentem ac ludentem gaudeo

ac decorum et liberale congruensque puerili etati esse uideo. cum
autem clare loquentem puerum audio molestum quidem mihi est
ac seruale et tetrum quippiam per se ferre uidetur. Cum autem
uirum quis audiat balburentem aut ludentem ridiculum et nihili-
zile plagiisque indignum apparet. hoc uisum mihi euenit aduersus
philosophantes. adolescente enim pliam teneo amo illam atque
delector. decereque mihi uidetur et ingenium hunc esse hominem
existimo. Cum uero qui non philosophetur illiberalem nec unquam
preclarum aliquid ac generosum de seipso prestaturum. Cum uero
grandior quis philosophetur nec studia huius deserat uerberibus
mihi indignere uidetur. O socrates. Nam quod nunc dicebam hunc
hominem contingit. O socrates. Nam quod nunc dicebam ut etiam si
exregie sit indolis tamen seruulis efficiatur. fugiens conuersationes
hominum ac fora euitans. In quibus poeta inquit: uiros efficiam
plurimos. abderis sese cum tribus uel quatuor pueris et susurrando
uitam ducens nihil unquam liberale aut magnificum ploraturus. Ego
autem socrateo ualde te amo atque idem mihi euenit quod zero erga
amphionem euripidis. Nam talem talia quedam mihi dicere in
mentem uenit aduersus te qualia ille aduersus fratrem dixit quia
negligens illa que diligere deberes. et generose mentis prestantia
specie quadam puerili deformas nec in iudicio aut consultationibus
recte uersari scires nec officiosum aut probabile consilium capere
neque fortiter alios consulere. Atqui a amice socrates et aduersus
me ne sit inuisus. benignolentia enim tua adducor ad hoc profe-
renda nonne turpe ducis sit te habere quemadmodum ego arbitror
habere te et alios omnes qui diuicio philosophiam sectantur. Nam
si te nunc aut alium quempiam vestrum quos capiat et in carcerem
trudat asserens te iniuriam facere cum nihil facias scis utique
quod quid ageres omnino nescires sed hospitares atque singulares et in
iudicio productus etiam ab ignauo spernendeque accusatore ultimo
supplicio si ille uellet afficereris. De quomodo id sapientis esse potest
o socrateo si generose mentis hominem uarta ars deteriozem facit
ut nec ipse sibi optulaz valeat nec ex maximo periculo se aut alium

quoniam seruare sed absque honore in ciuitate degentem inimicorum
 exponat iniurijs hunc enim talem iurum et si iustus dicitur est
 licet super genam pulsare impune. At tu o socrates mihi credes desi-
 nas in arguendis versari in rebus gerendis te laudabiliter exercere
 atque in rebus operanda ex quibus sapere uidearis. Ista uero spe-
 ciosa siue deliramenta siue nugae appellare oportet ex quibus uani-
 tas habitatio domos alios reliquas. imitarique non eos qui struantur
 hec parua sed omnes quibus uita gloria et alia bona complurima
 sunt. Si aurea mihi foret anima o callides. Nonne arbitraris me
 libenter aliquem ex hominibus reperire per quem aurum probatur ad
 quem ego lapidem animam meam admones si confiteretur eam
 recte inuitam esse certe scirem me satis habere nullius alterius pro-
 bationis indigere. quare de hoc quero o socrates. ego tibi
 dicam. Nam rex cum te nactus sum hunc lapidem mihi preciosissi-
 mum inuenisse quam obrem quam bene noui quod ea que mihi
 tu censeris de his que animus meus opinatur ipse certe uera sunt.
 Cogito namque illum qui alicuius probaturus sit animam de uite recti-
 tudine tria utique habere oportere que tu habes omnia. scienciam beniuo-
 lenciam et audaciam. Nam multos equidem conuenio qui me ea de
 causa recto examine probare non possunt quod sapientes non sunt quoniam
 tu alii uero sapientes quidem sunt sed ueritatem mihi dicere nolunt
 ex eo quod mei curam non habent ut tu habes. peregrini uero isti tyo-
 thia et polus et sapientes quidem sunt et mihi beniuoli sed eis deest
 audacia uerentur quod ultra quam oportet. Quid enim aliud dici potest cum
 ipsi eos usque uerecunde processerunt ut sibi ipse in presentia multorum
 hominum de maximis rebus ausi fuerint contradicere. Tu uero hoc
 habes omnia que ceteri non habent. Nam et habunde doctus ut nul-
 ti athenenses affirmarent mihique beniuolus es quod coniectura
 intelligo tibi dicam. Scio quidem o callides uos dudum fuisse quatuor
 socios in philia te et tisandrum aphidurum et andronem androsio-
 nis nansichidem tholargeti. audiuimus aliquem enim inter uos agitare
 quousque sapientie studendum foret hominibus apud uos sententiam uicisse.
 Non ueniendum fore ut studendum ad exactam philie diligentiam

sed cauendum eē ne ultra q̄ satis foret sapientes facti uos ipōs laten
tes corrumperetis. Tū igitur audio te id mihi consilium dantem
quod tunc amantissimis dedisti / satis magna coniectura est caritatis ex
tra me tue. Atqui q̄ audacia ueris nec te pudor impedit et tu ipse
affirmas et sermo quem paulo ante dicebas attestatur tibi. Quare
si quid mihi de his rebus assenseris probatum satis erit nec opus fuit
amplius ad aliam probationem referre. Non enim unq̄ aliquid mihi
concedens neq̄ sapientie defectu neq̄ uereturū adductus neq̄ fal
lendi causa. Amicus enim mihi es ut tu ais. Reuera igitur mea et
tua confessio finem ueritatis habebit. Consideratio autem harū rerū
de quibus me corripuisti pulcherrima est qualem uidelicet eē uirum
quidq̄ omni etate et quousq̄ exerece deceat. Ego nāq̄ si quid non
recte ago aperte scias me non sponte mea sed per ignorantiam delin
quere. Tu ergo quemadmodum incepisti monere me non desistas
sed aperte ostendas cui rei opera danda est et quemadmodum pro
ficere possim ac si me consentientem tibi minū habebis / postea uero
ea que consensero non attere minuas minū improbum et im
probū et ignauiū me putato / nec post hoc in me mouendo opam
perdas. Resume autem ab initio mihi quemadmodum de uice nature
et tu et p̄uidatus dicebas / per uim auferre potentiozem illa que
imbecillorum sunt / et imperare meliorem inferiori plusq̄ h̄re
eum qui melior sit q̄ eum qui peior. utinam alud dicas: an recte
memin. hec dicebam tunc et nunc dico. utrum autem me
liorem et potentiozem eundem appellas / neq̄ enim tunc satis intel
ligere potui utrum ualidiores potentiores uocas et portetq̄ ut in
firmiores & ualidioribus obtemperent quemadmodum uidemus tunc
ostendisse ut magne ciuitates aduersus paruas naturali uice insur
gant quia ualidiores sunt et potentiores / hac mihi aperte ostendas
utrum idem uel aliud est potentiozem meliorem et ualidiozem eē
at ego quidem apertissime dico quia idem est. Nonne uir
multitudo secundum naturam potentior est q̄ unus / que quidem le
ges statuit super unū quemadmodum tu nuper dicebas quidm.
multitudinis ergo leges potentiorum sunt minū melioz

ergo. Nam qui potentiores secundum te meliores sunt ita
 multitudinis ergo natura leges bone sunt cum sit potentior as
 sentior. Nomen igitur multitudo statuit quemadmodum tu imp
 d. celas iustum esse ut equitas inter omnes seruetur Et turpius
 eē iniuriam facere q̄ pati Et uide me tu quoq; uerendum aduictq;
 in hoc decipiaris / statuit multitudo ista nec ne / haud sit inuidia o
 callules in hoc mihi respondere / ut si mihi consentias confirmet in
 his que tua confessione habunde confirmari arbitretur statuit
 certe sic multitudo non ergo solum lege turpius est iniuriam fa
 cere q̄ pati neq; iustum equitatem seruare sed etiam natura q̄obrem
 periculum est ne paulo ante non uera dixeris / ne ue me iuste accusa
 ueris dicens contraria eē legem et naturam ac me id tementem nisi
 dixi uerbis Et si quis secundum naturam dicat ad legem Sū uero
 secundum legem ad naturam deducere hic uir nunq; desistit in
 uicis uersari / dic mihi o socrates tam grandis nomine uenaris / ac si
 quis uerbe excidat beneficium putas Credis ne me aliud dicere po
 tentiores eē q̄ meliores Num dudum tibi dico idem eē melius et po
 tentius An ne putas si sex seruorum et omnifariam hoīm uilissioꝝ
 in unū congregatur / me dicere istos preterq; fortassis corporis uiribz
 potentes eē et hec eē uera que ipi statuunt agendum o sapien
 tissime callules summe dico unū equidem at ego o beate
 iam dudum comecto tale aliquid dicere potentius et interrogō cupi
 ens aperte dinoscere quid dicas Non enim tu utiq; existimas duos
 meliores eē q̄ unū / nec seruos tuos meliores q̄ te licet sint ualidior
 res et uide precor ut unicus me dicas ne a stolis tuis aufugiam
 roma loqueris o socrates non per zethum o callules quo tu fretq;
 multa contra me roma usus es / sed age dic quos dico meliores eē
 prestantiores equidem uides ergo quia tu nomina dico
 nihil autem ostendis / non aperis meliores potentioresq; utrum pru
 dentiores dicas in alios quosdam per ionem hoc dico bene e
 vnus multifariam prudens nulle imprudentibus potentior est seun
 dum tuum sermonem et hunc imperare par est ac plus habere q̄
 eos quibus imperat hoc enim mihi uideris uelle dicere nec uertu ob
 seruo

ac hec ipa sunt que aio id enim puto ius ee nature meliore
ac prudentiorem imperare et plus habere q̄ inferiores ^{siste}
parumper quid tandem putares si in hoc loco multi essemus congre
gati forentq; nobis in coi estulenta et potulenta q̄ plura/essemus
autem nos quidem omnis generis validi et miberilles. vnius uero
nostrum sapientior in his rebus eet/ medicus fortasse ac foret is ut
contingit alijs ualidior/ alijs miberillior. hic prudentior nomine me
lior ac potentior erit quantum ad hec ^{minimū} ^{utrum} ^{ergo}
horum estulentorum plus habere debet q̄ nos quia melior est. ac
propter excellentiam omnia parari debet. Nec in diuidendo plus
prose retinere sed alijs plus alijs minus habere ac si om̄ infirmis
simus sit minimum sibi licet optimo tribuendum ē/ nunquid ita
duendum est o callides ^{de estulentis uerba facis ac de potulentis}
ac de medicis et de hmoi magis Ego uero de istis non loquor
utram igitur prudentiorem meliorem uocas necne responde
dico equidem ^{at non oportet ut melior plus habeat} ^{non}
de cibis quidem nec de potu ^{intelligo ac fortassis de uestibus}
dico et oportet eum qui in conficiendis uestibus peritissimus sit
maximam habere turmam et multas ac pulchras uestibus curua
unctum ambulare ^{quas tu uestes mihi narraas} ^{at uidelz}
in calciamentis oportet eum plus habere qui in eis prudentior sit
et melior/ ac fortassis ip̄e sutor magnos debet habere calceos et
multos suis pedibus circumferre ^{de quibus calceis nunc deliras}
et si non talia fortasse ista/ ceu uerum in agricultura prudentem
et bonum plus habere debet semine et plurimo semine uti in agris
suis ^{q̄ semper eadem dico o socrates} ^{non solum eadem o}
callides uerum etiam de ysdem ^{mediisfidus semper tu quide}
de cerdombus de fullombus de corio de medicis loqui nunq̄ cessas
tanq̄ si de his nobis disputatio foret ^{tu ergo dices aliqui quibus}
in rebus potentior ac prudentior plus habere debeat/ uel neq; dicere
nec permitteo neq; tu ip̄e dices ^{at ego iam dudum hoc dico p̄mo}
potentiores uero non redones neq; roras sed eos qui in re p̄. adimis
tranda p̄m prudentes sunt. nec solum prudentes uerum etiam fortes

et industriam ad ea que nouerunt perficienda nec mollina animi succumbunt. Iudeo ne o callides quia non de eisdem tu me accusas et ego te. Nam tu quidem me semper eadem dicere questus es. Ego contra nunquam te dicere eadem de rebus eisdem sed quandoque meliores et potentiores ualidiores diffinis quandoque uero prudentiores / nunc etiam aliud quiddam assero. Nam ualidiores dicuntur potentiores ac meliores esse uerum atque tandem explora quos et ad quid meliores potentioresque appelles. ac equidem dixi modo prudentes in rebus civilibus atque fortis. Nam hos decet in ciuitatibus dominari. Et uis est ut plus habeant quam inferiores. quid autem sibi ipse imperant aut seruum. quid seu quid qui imperant uel quibus imperat?

quemadmodum dicas. Dico An sibi ipse quisque imperare debet an nihil opus est ut sibi quidem imperet sed alijs tantum. quo modo sibi ipse imperare dico. nihil obscurum dico sed quemadmodum uulgo dici solet temperatum continentem uoluptatibus et cupiditatibus suis imperantem. An festiuus es o socrate. insensatus homines temperatos uocas. quid in nullus ignorat me dicere. nunc o socrate. Nam uis qui alium seruat qua ratione beatus esse potest. hoc est natura iustum et pulchrum quod ego nunc audacter dico oportere illum qui recte uitam acturus sit permittere cupiditates suas quam maxime augeri nec ullomodo eas coherere / sed ita illis miserare ut quousque maximas sua fortitudine et prudentia expleat quotiens cupido earum incesserit quod quia popularibus impossibile est / eos uituperant qui ista faciunt subuicantes ut supra dicebam seruilem in modum melioris nature homines / quidemque cum suas cupiditates expleri nequeant / temperantiam atque iusticiam propter propriam imbecillitatem extollunt quibus si a principio deuenisset dominus esse aut regni filius / aut ipse natura sufficere ad imperium aut tyrannidem aut potestatem aliquam sibi comparandam profectio tunc pius foret et peius ut hinc homines temperantia uterentur quibus dum liceret frui bono nec ab ullo impedirentur ipsi sibi dominam inducerunt legem multitudinis / sermonemque et uituperationem. Quomodo enim non miseri essent quando propter iusticiam et temperantiam

nichil plus tribuerent amicis suis. q̄ inimicis / sed veritas o socrates
quam tu sequi affirmas sic h̄ intemperantia luxuria et libertas si
eis potenter inhereas virtus est ac felicitas Cetera uero hec speciosa
contra naturam adiuuenta hominum sunt deliramenta et nunc
om̄io contemnende non ingenerose nec sine audacia o callicles
mi disputando procedis Nam aperte ea dicta sunt abste que alii in
telligunt quidem sed dicere tamen nolunt Itaq; te rogo ne ullom̄o
desistas ut re innotescat nobis quemadmodum sit uiuendum et mihi
dicas uelut cupiditates ais non eē coherendas si quis uelit esse
talis qualem fore oportet sed permittendum illis q̄ maxime augeri
et explorationem earum aliunde comparandam / et hoc ais uirtutem
esse ais quidem non recte ergo dicitur eos qui nullius
indigeant beatos eē lapides enim hoc m̄o et mortui beatissimi
forent atqui et illa quam tu dico grauis eē uita / non enim
admirarer si in eo uera dicit euripides dicens quis nouit si uiuere
quidem mori est / mori autem uiuere et nos reuera fortassis ne mor
tuisimus Audiu iam equidem a sapiente quodam nos uinc mortuos
eē / corpusq; nostrum eē sepulchrum nobis / ac partem illam animi
in qua cupiditates sunt proinde haberi ac si persuadendo dissuaden
doq; sursum ac deorsum mutaretur Itaq; elegans quidem uir siachus
fortassis uel italus in h̄o confabulatus nonini inherens propter
suasionem credulitatemq; hanc animi partem dolium appellauit
dementes uero damnatos damnatores autem hanc partem animi
in qua cupiditates sunt propter inuolentiam et insatiabilitatem
perforatum eē dolium inquit h̄c ergo uir o callicles contrarium
tibi oīdit eorum que apud inferos sunt hoc eē miserimus quida
uati sunt aquam in uas perforatum cum alio h̄mōi etiam perforato
exibo Esse autem hoc uas ut dicebat is qui me docuit am̄ stultorum
quem ideo perforato uasi assimilauit quod nequeat continere aliqd
inuisum propter incredulitatem atq; obliuionem Sunt hec plane
absurda ostendunt tamen id quod uolo si quomodo uellem persuade
tibi ut pro inexplibili et incontinenti deorum et suis contentam reba
uitam eligeris Sed utrum per hoc aliquid proficiat ac mutata sint

beatiores qui temperate uiuant q̄ qui intemperate arbitraris An
 nihil persuades et licet multa in hunc modum confabuler nihilominus
 sententiam mutaturus es hoc uerius erit o socrates agendum
 tibi similitudinem aliam ex eodem gymnasio adducam Considera
 enim si perinde censes de uita modesti et intemperantis ac si duobus
 multa haberent uasa et alter integra et plena partim uini partim
 mellis partim lactis ac multorum huius generis Sunt uero his liq̄
 res rari quidem ac difficiles inuentu multis laboribus ac difficulta
 tibus comparati se ergo cui plena sunt uasa nihil super infundere
 ois curat sed quantum ad illa attinet quietem agit Reliquo autem
 liquores sunt quemadmodum alteri possibiles quidem sed tamen dif
 ficiles comparati Dolia uero perforata atq; fracta Cogaturq; semp
 noctu dieq; illa implere aut extreme molestis agitetur cum talis sit
 utriusq; uita intemperantem dico beatiorum esse q̄ temperatum
 Persuades tibi his uerbis ut concedas uitam modesti meliorem esse
 q̄ intemperati uel non persuades non persuades o socrates
 Nam illi quidem tui plena sunt uasa nulla penitus uoluptas est sed
 quemadmodum nunc dicebam uisitar lapidis uiuit qui cum semel
 impluerit neq; uoluptatem capit amplius neq; molestiam Dulcedo
 autem uite in multa atq; continua infusione consistit Nomen igit̄
 nre est si multum infundat multum diffuere gaudiaq; esse foramina
 minimum certe uozagnis cuiusdam tu rursus uitam dico
 non autem mortui neq; lapidis Et mihi dicas precor si tale aliquid
 dico uelut famescere et famescentem edere equidem et sitire
 et sitientem potare dico certe et reliquas omnes cupiditates ac
 eum qui ex plere gaudetq; beate uiuere eum uero optime
 persue ut cepisti nec te pudeat Oportet uero ut uideatur me quoq; no
 pudere et primum mihi dicas si strabiosum sese fricantem atq; ita se ha
 bentem ut continuo id facere possit beate uiuere putandum sit q̄
 ineptus o socrates o socrates enim uero o callides polum quidem et
 gorgiam conterru et erubescere sca tu uero uide ne terrearius ne ue
 pudore impediarius fortis nanq; eo sed responde solum dico igitur
 fricantem uoluptuose uiuere ac si uoluptuose nomen beate

certe utrum si caput dimittatur fructus uel amplius a te quo
uide quid respondeas Si quis te demceps de cunctis interroget atque
hinc concessio concedat istos quorum uita grauis turpis ac misera est
audetis beatos esse dicere si habunde habende habeant illa que cupiunt
non te pudet socrates ad hoc sermonem deducere an ego deduco
obone uir uel ille potius qui sic imprudenter dicit eos qui letantur
quacumque de re beatos esse nec diffinit quenam uoluptatum bone sunt
uel male. Verum nunc saltem dic utrum dicit esse uoluptatem idem et
bonum uel esse aliquid uoluptatum quod bonum non sit ut mihi
certe ratus sit sermo si aliud esse dicam idem esse dico. corrumpio
o callicles ea que prius dicta sunt nec amplius idoneus es ea de quibus
querimus una mecum perstruati Siquidem aliter quam tibi uidetur
responsurus es ennuero tu quoque o socrates nec ego certe
si hoc facio neque tu sed o beate uide ne hoc sit bonum sine gaudio Na
si ita esset que nunc illata sunt multa tua proque et alia plura euenirent
ut tu quoque putas o socrates tu autem reuera o callicles hoc
asseris proorsus uis ergo aggrediamur disputationem ut serio
dicente nimium age cum huius sententia sis mihi responde
ad hec: scientiam uocas aliquid uero nunquid fortitudinem
modo aliquam esse dicebas cunctis dicitur equidem nunquid
aliquid fortitudinem quam scientiam dicebas esse nimium quid autem
uoluptatem et scientiam idem dicebas esse uel aliquid aliquid utique o
socrates Num et fortitudinem aliam a uoluptate quid mihi
age nunc ut hec meminerimus dixit callicles archaneus uo
luptatem et bonum idem esse scientiam uero atque fortitudinem et
inter se et a bono aliquid esse socrates autem alopoteles ista non
concedit nec etiam putat ut a callide concedatur quando ipse
se recte prospexerit dic mihi felices nomine contraria pati quam infelices
equidem si ergo contraria sunt adiutorum necesse est ut si se
habeant quemadmodum sanitas et egritudo Non enim est quis sanus
simul et egritans neque simul cessat sanitas ac morbus quemadmodum
autem assumpto quouis corpore ita considera egritant alicuius oculi
eos morbo cui nomen est apthalmia certe quidem nunquid simul

san sunt nequaquam quid autem cum eo morbo liberantur
 nunquid et tunc sanitas oculorum cessat et tandem morbus et sa-
 nitas simul abeunt minime gentium mirabiliter enim
 puto aliud quiddam sic et in parte arbitror ex utroque accipit aliquid
 et amittit assentior nunquid et uires et imbecillitatem eo-
 dem modo profecto et uelocitatem et tarditatem minime
 num et bona et felicitatem et contraria hinc mala uidelicet mise-
 riam partem accipit partem amittit profuso ita si inuenie-
 nerimus ergo aliqua a quibus simul liberatur homo ac simul hinc
 certe her nunquam forent bonum et malum confitemur her et diligen-
 ter considera quid respondeas uehementissime confiteor
 reuertere ergo ad illa que prius concessa sunt / famestiere dixisti uo-
 luptuarium esse uel dolorosum dolorosum e quidem attamen fames-
 centem edere uoluptuarium esse dico intelligo sed ipsum famestie
 dolorosum necne concedo nomine et situr eodem modo ita
 utrum igitur amplius quero uel confiteris omnem indigentiam
 et cupiditatem dolorosam esse confiteor ne ultra queras age-
 dum sumentem potare uoluptuarium esse dico / ergo quod aut sumentem
 quidem esse dolorosum est. Bibere uero est expletio indigentie atque
 uoluptas ita nunquid ergo bibentem gaudere dico
 maxime sumentem uero dolere profuso sentio igitur quod
 sequatur quia dolentem gaudere dico cum sumentem bibere dico
 an non simul hoc euenit in eodem tempore / loco / siue in animo uo-
 siue in corpore nihil enim refert / sunt her uera uel non sunt
 atqui felicem esse et infelicem simul impossibile esse dixisti
 dixi equidem at uero dolentem gaudere possibile esse confessus es
 apparet non igitur gaudere est felicem esse neque dolere infelicem
 ita quod aliud est uoluptas quam bonum nescio qualia philosopharis o
 socrates ymo siue sed fateor non dico ut uideas quam sapiens sis qui
 me castigas Nonne simul desumimus sitire et gaudere propter potum
 nescio quid dicas nequaquam ita o calluleo sed responde gra-
 nostri ut concludatur disputatio at uero semper talis est socra-
 tes o gorgia / de paruulo et nullius momenti rebus perat atque arguit.

quid tua refert Non enim hortuum o callides sed per mitte ut
arguat arbitrati suo quere ergo o socrates de paruo ac iulibus
istis postq̄ id gorgie placet sic me beatus es o callides ut maḡ
assequaris miseria priusq̄ parua Ergo quidem non putabam eē fas
vnde igitur omisit responde An simul cessat quiescere atq; gaudere
ita ergo famescere et alias cupiditates habere simul cessat
sic est an uero doloribus et uoluptatibus simul quis eximitur
ita ac tamen a bono et malo non simul cessat ut tu modo fa-
tebar fatebar equidem et fateor ergo non eadem sunt autē
bona et uoluptuaria Neq; mala et dolorosa Nam ab his simul ces-
satur ab his autem nequaq; ut pote alijs Quomodo igitur eadem
eēt uoluptuaria et bona aut dolorosa et mala ac etiam si his hor-
modo considera Nam puto nec per hunc modum confiteri uide
ergo bonos viros. Nomen bonorum adfidentia bonos appellas quē
admodum pulcros uocas illos quibus pulchritudo adsit equide
quid autem bonos viros appellas stultos ac timidos Nam paulo
ante non de istis sed de fortibus et prudentibus dicebas An non istos
appellas bonos profecto quid autem puerum aliquem
stultum gaudere unq; uidisti uidi uirum autem nūq; uidisti
stultum gaudere sic puto Sed quoz sum hec nihil sed responde
uidi quid prudentem aliquem uirum dolere ac gaudere
uidisti ita utrum magis gaudent ac dolent prudentes uel
stulti non multum arbitror differre satis est hoc. In bello
autem unq; uidisti virum timidum quid in. cum ergo re-
derent hostes utri uidebantur tibi magis gaudere timidi a fortes
utriq; mihi gaudere magis uidebantur uel saltem prope
nihil differt. gaudent ergo etiam timidi uehementer quidem
et stulti ut uidetur ita aduentibus autem hostibus
timidi dum taxat dolent an etiam fortes utriq; an pariter
magis fortasse timidi ab euntibus tamen non magis gaudent
ita ergo dolent et gaudent stulti et prudentes et timidi et
fortes ut tu dicit magis tamen timidi q̄ fortes ita est atqui
prudentes et fortes boni sunt timidi uero et stulti sunt mali credō

an ergo similiter boni sunt et mali qui boni et qui mali sunt
 uel magis boni qui boni sunt et mali qui mali sunt per iouem
 nescio quid inuoluas nescio quia bonos bonorum adfistencia eē
 bonos et malos malorum adfistencia eē malos Et bona eē uoluptates
 mala autem dolores dixisti equidem Num ergo hinc qui gau
 dent assunt bona scilicet uoluptates si quidem gaudent quid in
 nomine assistentibus bonis boni sunt qui gaudent ita et
 dolentibus assunt mala scilicet dolores assunt malorum uero
 adfistencia dicitur eē malos qui mali sunt equidem boni ergo
 qui gaudent mali uero qui dolent minus et qui magis magis
 et qui minus minus et qui uicta uicta ita nunquid ergo di
 citur gaudere et dolere prudentes et stultos timidosq; et fortes ac magis
 etiam timidos equidem concludere ergo una mecum quid nobis
 eueniat ex concessis nam hic et ter auit pulchrum eē ea que pulc
 ritate sunt dicere ac recensere bonum quidem eē prudentem et fortem di
 citur necne diximus malum uero stultum ac timidum
 profecto bonum tunc cum qui gaudeat malum uero qui doleat
 necesse est dolere autem et gaudere bonum et malum sunt
 fortassis etiam cum magis qui malus est ita Similiter uero
 is qui bonus et malus est uel potius bonus malus nunquid hec se
 quuntur Et priora illa si quis idem dicitur eē duas uoluptatem et bonū
 iam dudum te audio socrates et assentior tibi animaduertens
 quia si quis etiam iocans tibi aliquid concedat id libenter accipio istar
 puerorum Quasi uero arbitrari debeas me et alium quem non ex
 istimare alias uoluptates eē meliores alias deteriores hui hui
 o callicles q; astutus es et me tanq; puerum ludis quandoq; uno
 modo asserens quandoq; aliter Ne qui non arbitrabar ab uincio de
 ceptum uti abste tunc sis amicus Num autem falsus sum atq; ut
 uidetur necesse habeo secundum antiquum prouerbum presentia
 benefacere et hoc accipere quod tu das Est autem ut uidetur id quod
 minus abste dicitur voluptatum alias eē bonas alias eē malas ita
 nonne ergo bone sunt que utiles et male que damnose sunt
 minus utiles uero que boni aliquid afferunt damnose uo q; mala

29

propterea an ergo tales dicitur ueluti in corpore quas dicitur
bamus nunc edendi ac bibendi uoluptates an istarum que ualida
dinem faciunt in corpore / que uices que aliam corporis uirtutem
hec sunt bone / que uero contra male ita et dolores eodem
modo alii boni sunt alii mali quid in Nonne ergo boni do
lores et uoluptates bone eligende sunt et agenda mali uero nequaquam
uidelicet gratia enim bonorum omnia nobis facienda iussa
sunt nihil et polo an meministi / et tibi idem uidetur hic esse finis omni
actionum / eiusque gratia cetera fieri omnia Non autem ille gratia aliorum
eiusdem sententiae eo una nobiscum uel non eiusdem bonorum
ergo gratia uoluptuaria agenda sunt Non autem bona uoluptuariorum
gratia nimirum an ergo cuiusque uiri est eligere posse quenam
ex uoluptuariis bona sunt et quenam mala / an opus est artificis
artificis recordemur ergo illorum que erant ad polum et gratia
gratia dicebam Inquam enim si meministi preparatrices esse quasdam
alias usque ad uoluptatem dimittat ignorantes quid sit melius uel
deterius / alias cognoscentes quid bonum sit et quid malum et ponebant
earum que ad uoluptates nitendunt coquinariam perniciam sed non
artem Earum uero que ad bonum / medicinam artem et perniciam
amabilem o Callicles noli aduersus me locari nec quicquam tibi
occurrit respondere ne uicissim a me sit ista ampere sicut a iocante
uides enim de ea re nobis esse sermonem que potissime digna est cog
itatione quemadmodum uiuendum sit / an ut tu hortario illo agenda
que sunt uiri uersantem in populo et rethoricam exercentem ar
tem per gubernantem quemadmodum uos nunc gubernatis An
in hac uita que in philosophia uersatur forte igitur optimum est quemad
modum nuper aggressus fui distinguere ac deinde si duplex est uita consi
derare quid intersit et qua uiuendum sit / forte uero nondum intel
ligis quid dicam nimirum gentium at ego tibi claris aper
tiam quando confessi sumus esse quid bonum / esse etiam quid uoluptu
arium / ac aliud esse uoluptarium quam bonum et utriusque eorum studium
ac preparationem quandam ad ipsam comparandam / hoc priusquam ul
terius procedam assentiris uel non assentior age et illa que

antea dicebam mihi assentire si modo usus sum tibi uera dicere
dicebam utiq; coquinariam non uideri mihi esse artem sed periciam
quandam. ut medicinam esse artem quia illud quod curat eiusq; nam
considerat. causamq; eorum que agit ac rationem cuiusq; reddere
potest. Alia uero ad uoluptatem cura quam animus eius cura uersa
tur oio sine arte contendit. nec naturam ipsam uoluptatis neq; eam con
siderat temeraria oio neq; pensat huc quicq; sed et pericia et modus
eius quod fieri consuevit dimittat admodum uoluptates parat. hoc
igitur considera primo si uidentur tibi satis plane dicta. Et an sint tales
alique facultates etiam cura animi. Alie artifices et curam habentes
eius quod optimum sit. Alie hoc negligentes et solum cogitantes qd
admodum uoluptatem animo prestare possint sed utrum sit bona uel
mala nihil curat. Nec aliud curat considerat qd placitum facere
sive id melius sit sive perius. michi quidem o callicles esse uidetur di
coq; hoc tale adulationem esse et circa corpus et circa animi et circa
aliud cuius quo uoluptatem affectat. Tu autem uiam merum ista con
sentis uel contradis. consentis tibi ut concludatur disputatio
quando gorgie sic placet. utrum in uno quidem animo hoc est
in duobus uero et pluribus non est. non sed in duobus et partibus
ergo multis simul gratum facere potest sine ulla consideratione
eius quod optimum sit. sic arbitror habes ergo dicere que
nam studia sunt que hoc efficiunt primo si uis mihi querenti que
admodum tibi uidetur responde primo consideremus fistularia
numquid tibi uidetur huius esse uoluptatem dimittat prosequat
sive alia consideratione uidetur mihi. num et alie tales ue
luti citaristica qua in carminibus utuntur. ita quid non
chori doctrina et ditiramborum poesis non cuiusmodi tibi uidetur
uel putas ut cinezia meletio filius curam habeat dicendi aliquid
tale unde hi qui audiunt fiant meliores an unde placere possit the
atrali turbe. manifestum est o socrates de cinezia quid autem
pater eius meles an ad id quod optimum esset perspicere uidebatur
cum rithara caneret uel ipse profecto ne ad uoluptatem quidem. Na
molestus audientibus sed considera. Numquid ritharetica oio et ditira
borum

poesio gratia uoluptatum tibi uidetur inuenta mihi quidem
quid autem hoc preclara atq; admirabilis poesio in quo studium
appone suum utrum ad gratiam ac uoluptatem audientium diu
tapat uel si quid fuerit uoluptuarium quidem atq; gratum sed tñ
malum hoc non dicit ac si quid asperum sit utile tamen hoc dicit
et canet siue gaudeant auditores siue doleant patet o socrates qz
ad uoluptatem atq; gratiam auditorum magis uerget nome
hoc tale o callicles modo diximus adulationem eē ita atq;
uero si quis auferat ex tota poesio melos et rithmum et metrum ali
ud quicq; supererit q̄ sermo nequaq; unquam ad multitudinem
ac populum hic sermo habetur ita popularis quedam orō ē
ergo poesio apparet ergo rethorica popularis orō eēt uel nō
uidentur tibi poete rethorica uti in theatris mihi quidem nūc
igitur nos inuenimus rethoricam quandam ad populum talem qualis
est puerorum simul et mulierum et uirorum seruatorum ac liberorū
quod genus rethorice haud magnificamus adulatoriam nanq; ipam
confessi sumus ita est agedim quid de ea rethorica dicemus
quo ad populum athenensem et ad aliarum ciuitatum populos libe
rorum uirorum utimur utrum uidentur tibi oratores ad id quod op
tinum sit uerba dirigere atq; id conari ut rices per eorum uerba q̄
optimi fiant uel isti quoq; ad gratiam captandam uoluptatemq; pari
endam contendunt negligentes publicum bonum et tanq; cū puero
conuersantes cum populis ad id solum intenti ut gratiam faciant eis
nihil curantes utrum meliores uel deteriores ob hoc efficiantur
non simplex quod interrogas o socrates Sunt enim quicquam atq;
caritatem ciuium habent sunt et tali tales quales tu narrao
habunde est Si enim hoc duplex alterum certe adlatio quidem
eēt turpisq; conatio alterum uero pulchrum scilicet prouidere ut
animi ciuium q̄ optimi fiant mouendo ac repugnando siue placeant
ea que dicit siue displiceant auditoribus sed certe tu nunq; adhuc huius
rethoricam uidisti uel si quenq; habeo de oratoribus quem talem
affirmare possis cur non mihi quoq; ipm ostendis ac non habeo
aliquem ex his qui nunc sunt quid autem de ueteribus poetis

111

aliquem memorare per quem athenienses meliores facti sunt postquam
ille orare inciperet, cum antea fuerint deteriores, ego enim nescio quod
iste sit. quid themistodem non audio virum bonum fuisse et gymno-
nem et melitodem et peridem hunc qui nuper mortuus est quem
tu etiam audisti et quidem est o callides uera uirtus ut prius
dicebas et suas et aliorum cupiditates explere quod si non est hoc quod
admodum postea in disputando coacti sumus fateri cupiditates
illas que meliorem faciunt uirum explere oportet. illas vero que
deteriorem non oportet. Et hec est ars quedam nescio quomodo
poterunt dicere aliquem istorum uirorum talem fuisse non
habeo ad hoc quid dicam at inuenies si queres uideamus
sic plane consideramus si quis horum talis fuit. Age enim bonus
uir et pro eo quod optimum sit uerba faciens non temere dicit
nisi dicit sed prospiciet ad aliquid uelut ceteri artifices ad suum
quisque opus prospiciunt nec perperam eligent quod ad suum o-
pus conferat sed quemadmodum forma sibi inest sic illud proficit
uelut si intueri uis pictores et architectos et fabros nauium et ali-
os omnes artifices quibus eorum in ordinem aliquem ponit id
quod ponit ac preparat alterum alteri ut conueniat congruat
quod donec totum conficiatur ornaturque ac eodem modo pedotame
et medici de quibus modo dicebamus ornant quoddammodo corpus
atque componunt confitemur ita se habere uel non sic ita
numquid denum si ordinem et ornatum habeat utilis est et
bona si non habet mala ita atque et corpora nostra eodem
modo ita quid autem animus si inordinatus sit bonus
erit uel si ordinem habeat et ornatum. necesse est ex premis-
sis hoc quoque fateri quod ergo nomen est corpori ex ordine
atque ornatu sanitatem et uires fortasse dices equidem quid
autem rursus ei qui in animo fiet ex ordine atque ornatu conare
dicere atque inuenire nomen huius quemadmodum illius cur
non turpe dicit o socrates at si tibi magis placeat ego dicam
tu autem si tibi uideor benedicere concedeas. Quia autem reprehen-
das mihi quidem uidetur ordinationem corporis nomen esse sanum

etiam ipse sit sanctus et alia corporis virtus. Inimicis vero orationi
atque ornatu legitimum esse et lex inde legitimum sunt homines
atque decori. hec sunt iusticia ac temperantia. concedio hoc uel non
esto. Ad hoc ergo prospiciens orator ille artificiosus uerba

sua animo hominum afferet et actiones omnes et quicquid concedet
aut negabit ad hoc semper nitendet ut mentibus atque animis suorum
cuius iusticia in se in iusticia ematur temperantia in se in tem
perantia amoueat et alie uirtutes in se in iusticia uero propel
lantur. concedio hoc uel non concedo quoniam uilitas o
callules corpori infirmo ac male disposito cibos multos et optias pre
bere aut potum aut aliud quicquid quod profuturum non sit hoc est
plus uel minus uel contrarium quam recta dicitur oratio. sunt hec uel no

sunt non enim arbitror prode homini cum angustia corpore
ut uiuat. necesse est enim ut sic angustie uiuat ita est nunquid
cupiditates explere ut fame sitentem edere quantum uult uel sitien
tem potare quantum uult sanum quidem hominem permittunt
medici uel plurimum exortantem uero ut ita dicam uicium per
mittant explere cupiditates suas. concedio hoc uel non concedo

De animo autem non eodem modo. quoad enim improbus sit
amensque et intemperans et iniustus et impius coherere ipsum oportet
a cupiditatibus neque permittere ne alia faciat quam illa que pro
futura sunt. assenturio hoc uel non assenturio. sit enim melius
est ipsi animo nunquid coherere est ab his que
cupit animo continere ita continentia igitur melior est ipsi
animo quam incontinentia quemadmodum tu uis arbitrare. nes
cio qualia dicas o socrates itaque alium quemuis interroga hic
dixit non sustinet ut sibi utilitas afferatur atque eam ipsam patitur
de qua sermo est incontinentiam nulla mihi ois cura est. Ver
borum tuorum socrates atque illa que adhuc respondeo. quare
responde. quid ergo agemus. nunquid medium sermonem abru
perimus tu uideris. at ne fabulas quidem fas esse aiunt co
pletas dimittere sed caput imponi debere ne sine capite uicium agent.
responde ergo ad reliqua ut hic sermo capud accipiat. quam uolens

ee o socrateo Nam si mihi credis hanc disputationem dimittes
 uel cum alio disputabis quis alter uult ne imperfectum re
 linquamus sermonem at ipse non potest perficere aut enarran
 do aut tibi ipse respondendo ne euemat illud epithazim que
 prius duo enarrabant unus ad illa sufficit tamen periculum e
 ne hoc necessarium sit si tamen faciemus puto equidem oportere
 nos omnes certatim intendere ut quid sit uerum in his que
 dicimus et quid falsum cognoscatur. Eius enim est hoc utilitas
 omnibus apertum hoc fieri Prosequor igitur sermonem ego ipse
 quasi forte ea concedere uidebor que uera non sunt. vestrum erit
 resistere et redarguere Neque enim ego tanquam sciens dico illa que
 dico sed contra uobis ueritas. Itaque si quis recte mihi condicere
 uidebatur ego sibi primus omnium assentiar. si tamen censetis opere
 precum ut hec disputatione firmetur. sin autem aliter censetis omitt
 tamus atque abeamus mihi quidem non uidetur o socrateo abe
 undum esse sed perficiendum sermonem. hoc et alii quoque censent
 ut ego opinor et ipse percipio reliqua ex te audire. Atqui o
 gorgia libenter cum callide hoc disputarem donec sibi amphione
 ditum redderem pro ditto zethi. sed quando tu o callides non uis
 una me perficere. saltem audias me et reprehende. si in aliquo minus
 recte uideor tibi dicere in quos si tu unice non grauer perferam
 nec ero in festus tibi quemadmodum tu michi. uerum pro maximo
 beneficio ascribam. Dic tu ipse et perfice audi me ab initio
 repetentem an uoluptas et bonum idem est. Non idem ut ego et cal
 lides concessimus. an uoluptatem gratia boni debemus sequi. uel bo
 num gratia uoluptatis. uoluptatem gratia boni est autem uoluptas
 qua assistente delectamur. Bonum autem quo assistente boni sumus.
 Minus atque boni sumus et nos et alia bona sunt ob uirtutem aliqua
 que adsit mihi uidetur necessarium esse. Enimvero ipsa uirtus cuiusque
 et instrumentum et corpus et animi non tenere usque adest. sed or
 dine quodam ac rectitudine et arte que cuique istorum tradita est
 concedo ordine igitur ordinatum atque ornatum est uirtus cuiusque
 sic ego faterer. ornatus igitur quidem proprius ac familiaris

cuiusq; bonum facit quodcumq; mihi uidetur Ergo animus ornatu
